L 86 2º
n 205

R.30
7/14

Prom Sa

Este libro esta compuesto
por un Sevillano

Fano

Est 86 2º

Nº 205

DICTATVM CHRISTIANVM,

SIVE

COMMVNES ET APTÆ DISCIPVLORVM CHRISTI OMNIVM PARTES;

Ex magiſtri præceptis & inſtitutis ad puſilli gregis inſtructionem à condiſcipulo BENEDICTO ARIA MONTANO obſeruatis & in breuem ſummam collatis.

Contendite intrare per anguſtam portam. Luc. 13



ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXV.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Priuilegio cautum eſt , ne quis alius præter Chriſtophorum Plantinum, librum hunc, cui titulus eſt, *Dictatum Chriſtianum, &c.* intra decennium imprimat, aut alibi impreſſum in ſuas ditiones importet , venalémve habeat. qui ſecùs faxit, pœna fiſco Regio exoluenda multabitur : vt latiùs in Regio diplomate expreſſum eſt , Dato Bruxellæ XV. Nouemb. anno M. D. LXXIIII.

Subſig.

I. de Perre.

BENED. ARIÆ MONTANI AD CHRISTIANVM lectorem

PRÆFATIO.

TVRBVLENTISſimam tempeſtatem hanc, qua totus ferè in orbe terrarũ Chriſtianus populus iactatur, neque incertis cæli ſignis commotam, neque obſcuris ex cauſsis concitatam eſſe manifeſtè ij cognoſcunt, qui rerum humanarum curam Deo eſſe, vel ex ſanctiſsima ſacrorum librorum diſciplina, vel ex ipſo vitæ rerúmque vſu intelligunt, & fatentur. Nulli enim horum dubium eſt, publicas regnorum, populorum atque ciuitatum

calamitates Dei ſcelerum vindicis
conſilio ac iudicio afferri; ídque ante-
quam accidat, piis ac delectis viris ad
iuſtitiæ diuinæ commendationem, at-
que ad hominum ipſorum correctio-
nem prædici atque indicari; ſicut ſcri-
...s 3. ptum eſt: Numquid ambulabunt duo
,, pariter niſi conuenerit eis? Numquid
,, rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit præ-
,, dam? Numquid dabit catulus leo-
,, nis vocem de cubili ſuo, niſi aliquid
,, apprehenderit? numquid cadet auis
,, in laqueum terræ abſque aucupe?
,, numquid auferetur laqueus de terra
,, antequam quid ceperit? Si clanget
,, tuba in ciuitate, et populus non expa-
,, ueſcet? ſi erit malum in ciuitate, quod
,, Dominus non fecerit? Quia non fa-
,, ciet Dominus Deus verbum, niſi re-
,, uelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos
,, ſuos prophetas. Quibus verò ex cauſ-
ſis huiuſmodi grauiſſimi rerum mo-

tus

tus publicis priuatiſq; rebus afferantur, eiuſdem vatis reſponſo expoſitum eſt. Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti; & dicite: Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius & neſcierunt facere rectum, dicit Dominus, theſaurizantes iniquitatem & rapinas in ædibus ſuis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circuietur terra, et detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.

Certè mihi huius in nos diuinæ animaduerſionis apertiſſima cauſſa eſt publica & communis culpa; dum maximam ferè Chriſtianorum partē in varias diſciſſam ſectas, diuerſis erroribus non modò captam & ductam, ſed etiam inflatam intelligam; alterā verò quæ catholicæ fidei com-

munionem & veritatis diſciplinam profitetur, negligenter tamen colere ac pæne peruertere videam: atque ita dum aliorum deprauatas mentes, aliorum corruptos mores atque vtriuſque partis diſsidia, diſſenſiones, grauiſsimaſq́ inimicitias, & omnino perſuerſa ſtudia contemplor, illud aſsiduè mecum repeto: Dominus de cælo
„ proſpexit ſuper filios hominum, vt
„ videat, ſi eſt intelligens aut requirens
„ Deum: Omnes declinauerunt, ſimul
„ inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Quamquam verò nec propheta ipſe, nec prophetæ ſim filius; tamen maiores grauioreſq́ nobis procellas impendere, niſi prouideatur, prædicere auſim: ſatis enim mihi ad hoc affirmandum eſt, ea in terris videre exempla, quæ ſe Deus non abſque vltione laturum certiſsimis oraculis eſt

com

comminatus. nam ſi leo rugit, quis "
non timebit? ſi Dominus locutus eſt, "
quis non prophetabit? Itaque licet "
etiam de futuris quoq. incommodiſſimis turbinibus vaticinari ei, qui cauſſas manifeſtas conſpiciat, ex quibus temporum calamitates atque difficultates ortum iri Deus ipſe cælum atque terram obteſtatus prædixit. Iſai. 1. Deut. 32
quas autem cauſſas ego animaduerterim, nemini obſcuras eſſe arbitror, nimirum contumaciam inſolentiamq́ noſtram, atque prauæ ſententiæ improbandã obſtinationem; quandámq. velut contentionẽ aduerſus Deum in nos animaduertentẽ; quam Iſaias in populo notandam indicabat, Super quo "
percutiam vos, vltrà addentes præuaricationem? omne caput languidum, Iſaiæ 1. "
omne cor mærens, à planta pedis vſq. ad caput non eſt in eo ſanitas: vulnus "
& liuor & plaga tumens, non eſt "

 cir-

„circumligata, nec curata medicami-
„ne, nec fota oleo.

Atque vtinam in hac mundi ia-
ctatione, rei familiaris ac dignitatis
ſplendoris & honorum mundi huius
quæ tamen pretioſa habentur, iactur-
ſolum fieret, quæ meritò ferēda eſſet
atque adeò etiam fortaſsis optanda
cùm huiuſmodi impedimenta & pō-
dera proſperi curſus vſum non rarò
auferant: ſed illud maximum longé-
que grauiſsimum eſt, quòd cùm vnius
animulæ periculum omnium in naui
mercium & commeatuum, aliorum-
que quæcumq; vehūtur, rerum dam-
nis redimendum iure ſit; tamen in
huiuſmodi miſerrimis naufragiis in-
numerabiles animæ demergi profun-
doq; abſorberi conſpiciantur, quæ mi-
ſeriarum omnium humanarum ma-
xima miſeria eſt. Cùm verò rectorum
gubernatorumq; munus & officium

ſit iactatæ nauis ſaluti conſulere operámque dare, atque in eam rem permultos ex iis quorum intereſt, incũbentes obſeruem; quamquam ipſe neque eam auctoritatem neque facultatem habeam, vt inter eos qui nauem curant, præſtare quicquam aliud poſſim, tamẽ vt vnus ex iis, quos in communi diſcrimine, non otioſos ſpectatores, verùm ſedulos ſubleuatores, vel ſaltem ſtudioſos deprecatores ſeſe præbere oportet, cognitæ mali huius publici cauſſæ vnde remedium peti, quáve potiſsimùm ratione quæri, quoq. modo adhiberi poſſe crederem, pro perſonæ, quam in catholica Dei Eccleſia libenter gero, humilitate & verecundia exponere, mearum partium eſſe exiſtimaui, maximè cùm opera noſtra ad eos monendos iuuandoſq́; conferatur, qui maiora cùm intelligere non facilè poſsint, commo

 dior

diora atq. aptiora omnibus et in vniuerſum neceſſaria ac peropportuna minus fortaſſe frequenter docentur; quæ tamen ſi ignorauerint, neque ſalutem obtinere, neque ea quæ altiora auguſtioráque habentur, aſſequi cōprehendereq́; poterunt. Neque verò vocem orationémque noſtram maioribus, doctioribus & præſtantioribus in inſtituendæ humanæ vitæ arte viris aut importunam aut ſuperuacaneam viſum iri metuimus, immo potius confidimus, mentem ſtudiumq́; noſtrum æquo animo attendentibus probatum iri, & ſi quid ad eorum munus promouendum rectè à nobis fuerit indicatum, boni conſulendum atque gratè excipiendū eſſe ſperamus. ſummi enim gubernatores in magnis tempeſtatibus nonnumquam à vectoribus quos audire non piget, vtiliter admoneri ſolent. Quantum itaque

ex

ex diſciplinæ ſacræ cognitione intelleximus, ad animorum ſalutem ac publicam tranquillitatem à Deo impetrandam, duplicem rationem ineundam eſſe arbitramur; alterámque eſſe exiſtimamus fidei integerrimæ ac ſimpliciſsimæ communem cum catholica Eccleſia profeſsionem; alteram verò vitæ atque morum correctionem & compoſitionem; iuxta magiſtri noſtri præcepta & inſtituta, quam perpetua periculorum animi deprecatio & æternæ felicitatis poſtulatio comitetur. Hæc ſi purè, ſanctè ac legitimè ineantur, diuinam nobis clementiam, benignitatem, miſericordiam atque magnam gratiam ex promiſsis ipſius per Chriſtum Dominum præſtandis reconciliatura eſſe, ſpiritus ſanctus per ſacrum vatem pollicetur; ſicut ſcriptum eſt: Confiteantur Domino opera eius, & mirabilia eius filiis hominũ.

Qui

,, Qui deſcendunt mare in nauib.
,, facientes operationem in aquis mu
,, tis: Ipſi viderunt opera Domini, &
Pſal. 106 mirabilia eius in profundo. Dixit, &
,, ſtetit ſpiritus procellæ & exalta
,, ſunt fluctus eius. Aſcendunt vſq
,, ad cælos, & deſcendunt vſque ad a
,, byſſos; anima eorū in malis tabeſce
,, bat. Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut
,, ebrius, & omnis ſapientia eorum de-
,, uorata eſt. Et clamauerunt ad Domi-
,, nū cùm tribularentur, & de neceſſi-
,, tatibus eorum eduxit eos. Et ſtatuit
,, procellā eius in aurā, & ſiluerunt flu-
,, ctus eius, et lætati ſunt quia ſiluerūt:
,, & deduxit eos in portum voluntatis
,, eorū. Confiteantur Domino miſeri-
,, cordiæ eius, et mirabilia eius filiis ho-
,, minū; et exaltēt eū in Eccleſia plebis,
,, & in cathedra ſeniorū laudent eum.

Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc; & intelliget in miſericordias Domini?

DICTATVM CHRISTIANVM.

PHILOSOPHORVM omnium qui de hominis natura, ingenio, & moribus diſſeruere, vitæq́ue humanæ præcepta tradidere, propoſitum inſtitutumq́ue fuiſſe videtur, ſummum & perfectiſſimum locum inueſtigare ac demóſtrare; ad quem qui perueniſſet homo, nihil vlteriùs quod deſideraret, habere poſſet: ſed optimo & præſtantiſſimo expetẽdarum rerum genere vſus, perpetua atque ſuauiſſima tranquillitate frueretur; cui conditioni felicitatis ſiue beatitudinis nomẽ impoſitum eſt. Aſſiduis enim experimentis perpetuoq́ue vſu exploratum erat, eam viuendi conditio- CAP. I. Beatitudo humana.

Vulgaris viuendi cōditio.

ditionem, qua homines plerumque vterentur, variis curis, ſollicitudinibus, laboribus atq. doloribus, animorumque perturbationibus obnoxiam, à naturæ humanæ perfectione, quiete atq. tranquillitate longè abeſſe; neque vllo diſcrimine referre quinam, qualéſve eſſent homines, qui in hoc vitæ genere verſarētur, ſummo an infimo ordine conſcripti; reges, principes, magiſtratus, an plebei; diuites an pauperes; valentes an infirmiores: omnes enim æſtuare & laborare, atque ſuæ ſingulos ſortis pœnitere manifeſtum erat. Quamobrem varij varia inquirere, diſquirere, tētare & experiri cœperunt, vt hāc ſummam, puram, & communem humanis animis tranquillitatem inuenirent: verùm alij aliis ſtu-

diis

diis & cogitationibus affecti & perturbati, quamplurimum à ſcopo deducti, à via etiam veri inueniendi boni aberrauerunt: vt hi corporis voluptatum ac deliciarum, hi ciuilium honorum vſum, alij diuitiarum cumulum, alij dolorum, nonnulli affectuum omnium carentiam ſummum bonum eſſe dicerent. atque ad ſuum quiſque aſſequendum propoſitum & ſtudiis & actionibus inſtitutis ſeſe comparauerunt; atque alios libris conſcribēdis præceptiſque tradendis ad idem arripiendum iter magnis promiſſis & ſuaſionibus hortati induxerūt.

Verùm enimuerò eorum, qui in corporis deliciis, voluptatibus, ac turpi luxu humanæ vitæ finem & ſummum bonum ſtatuere; ſapientiori hominum iudicio

exploſa ſententia fuit atq. damnata; quippe quæ non modò voluptatum atque deliciarum vſu, verumetiam ipſo conquirendi ſtudio hominũ naturam belluis inferiorem, atque adeò infeliciorem, conſtitueret.

Aliorum autem qui humanæ vitæ perfectionem ad animorum ſanitatem & virtutem præcipuè reuocarunt; quamquam in vniuerſum probata ſumma ratio fuit; ipſa tamen rerum conſtituendarum diſtinctio, atq. viarum ad optimum conſequendum finem inſtructio, variis errorum atque difficultatum vitiis notatæ, ac tandem inuenti veri oppoſitione & collatione improbatæ ſunt. Siquidem nonnulli cùm humanorum animorum certam originem ignorarent, Deumque au-

ctorem

ctorem non cognoſcerent; exc
gitatam quandam virtutis perfe
ctionem ſibi confinxerunt, cui
non tantùm ſacraria ipſi non pe
netrarunt, ſed neque limina, ve
illi vel illorum diſcipuli ſalutarũt
Quidam verò quamquã Deum
humanæ naturæ ſummum ve
rumq́ue auctorem cognouiſſent
non tamẽ certum finem & ſum
mum hominis bonum ipſum eſ
ſe agnouerunt; & ſi maximè a
gnoſcerent, quemadmodum pet
oporteret, quemadmodum ha
beri cõtingeret, intelligere exact
citra ipſius Dei doctrinam no
poterant: neque etiam intell
ctam & cognitam ſine numi
atque gratia eiuſdem rectè obi
atque conſequi valebant. opo
tuit igitur ipſum cognitum
primis Deum fide adire atq

peter

petere, doctoremq́. præcipuum & maximũ ſequi, qui ſeſe ſuamq́ue doctrinam, quibus ille poteſt & ſolet, arcanis diuiniſq́ue rationibus inſinuaret & oſtenderet: ſine fide enim impoſſibile eſt
„ placere Deo. contrà verò ab iſtis actum inſtitutumq́ue fuit, aliis tantum humani ingenij ſagacitati & induſtriæ arrogantibus, vt nihil à Deo petendũm putaretur, exiſtimantibus minimè eſſe elegantis & diligentis philoſophi ad diuinam voluntatem animos reuocare, deſidioſæq́ue id magis quàm acutę & indagatricis atque naturæ rerum contẽplatricis mẽtis opus eſſe. Poſſe verò atque debere hominem ſua ſponte eximię virtutis conditionem inquirere, inquiſitam ſtudioſè expetere, atque omni conatu, ſtudio & exer-
citatione

citatione adire & obtinere; ob tẽtam verò ſibi conſeruare & confirmare: id quod tamen quamquam & ſibi promiſiſſent, & promiſſum inquiſiſſent; quoniam neque in fide fundamentum iecerant, neque diuinæ gratiæ facultatem optauerant & poſtulauerant; cùm numquã nuſquámve inueniſſent; & ſe ipſos & eos qui ſe ſequerentur diſcipulos miſerè illuſerunt: demumque non modò non obtento, ſed nec iam ſperato illo felicitatis vſu ad deterrimum & impuriſſimum vitæ genus traducti ſunt. quod Spiritus ſanctus ita factum teſtatur & damnat. Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, Epheſ. 4.

alienati à vita Dei per ignorant
quæ eſt in illis, propter cæcitate
cordis ipſorũ; qui deſperantes, ſ
metipſos tradiderũt impudiciti
in operationẽ immũditiæ omni
in auaritiã. Rurſus verò ij qui n
titia & cognitione Dei non car
bãt, verã & certã rationẽ haber
noluerunt; ſed ingenio ſuo indu
gere magis quàm veri ſimplicita
obtẽperare ſtudentes, vaniſſim
de diuinæ naturæ præſtantia op
niones, atq. de eiuſdẽ imitatior
falſiſſimas & peſtiferas perſuaſi
nes diſſeminauere; atque vnà ſe
maximã hominum partẽ in frau
dem atque errorem primùm, d
inde verò in exitium detruſerũt
Rom. 1. ſicut ſcriptum eſt: Reuelatur ir
„ Dei de cælo ſuper omnem im
„ pietatem & iniuſtitiam homin
„ eorum, qui veritatem Dei in i
iuſtit

iuſtitia detinent. Quia quod no- "
tum eſt Dei manifeſtum eſt in il "
lis, Deus enim illis manifeſtauit. "
Inuiſibilia enim ipſius à creatura "
mundi per ea quæ facta ſunt, in- "
tellecta conſpiciuntur: ſempiter- "
na quoque eius virtus & diuini- "
tas, ita vt ſint inexcuſabiles. Quia "
cùm cognouiſſent Deum, non "
ſicut Deum glorificauerunt, aut "
gratias egerunt, ſed euanuerunt "
in cogitationibus ſuis, & obſcu- "
ratũ eſt inſipiens cor eorũ. Dicẽtes "
enim ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti "
ſunt. Et mutauerunt gloriam in- "
corruptibilis Dei in ſimilitudinẽ "
imaginis corruptibilis hominis, & "
volucrũ, & quadrupedũ, & ſerpẽ- "
tiũ. (Propter quod tradidit illos "
Deus in deſideria cordis eorũ, in "
immũditiá, vt cõtumeliis afficiãt "
corpora ſua in ſemetipſis.) Qui "

„ cõmutauerunt gloriã Dei in mẽ-
„ daciũ,& coluerunt & ſeruierunt
„ creaturæ potius quã creatori, qui
eſt benedictus in ſæcula. Igitur hominum doctrina quę cum Dei fide nihil commune habuit, vel quæ à Dei notitia in vanitates & inſanias falſas degenerauit, humanam beatitudinem neque rectè definire, neque aptè indicare, neque demum exhibere & tradere potuit. Sola verò ea quæ ex Dei conſilio atque verbo expoſita ac tradita doctrina eſt, id quod eſt pollicita, ipſius auctoris beneficio efficere valuit atque præſtare iis, qui ſe veros & legitimos ei diſcipulos præberent. Quamobrem ſcriptum eſt: Narrauerunt
Pſal. 118 mihi iniqui fabulationes, ſed non
vt lex tua; omnia mandata tua æquitas.

Mani-

Manifeſtum autem & quàm plurimis teſtimoniis comprobatum eſt, eam doctrinam, quæ verbo Dei conſtat, ſuis veris & ſtudioſis diſcipulis atque cultoribus id præſtitiſſe & exhibuiſſe quod promiſerat, & præſtituram ſeſe prædixerat; idemque perpetuò præſtare poſſe, atque adeò re ipſa præſtare iis, qui ſeſe dignos probandoſq. diſcipulos ipſi præbuerint. Pollicita autem fuerat doctrina hæc animorum ſalutem atque felicitatem ſummam, regnique cæleſtis hereditatem per filium Dei in terras mittendum efficiendam, expediendam, atq. impertiendam cum certo Spiritus ſancti pignore, qui in animos diſcipulorum illapſus, & tãquam hereditatis arrhabonem ſeſe inſinuaret & præberet, benedictio-

numq́ue cæleſtium, atque diui-
norum donorum vſum admira-
bili beneficio exhiberet; id quod
ſ[illegible]m præſtitumq́ue à Deo, at-
que ab ipſis obtentum diſcipulis,
idem Spiritus ſanctus aſſeuerat.
2.Pet. 1. Simon Petrus ſeruus & Apoſto-
„ lus Ieſu Chriſti iis qui coæqualẽ
„ nobiſcum ſortiti ſunt fidem in
„ iuſtitia Dei noſtri & ſaluatoris
„ Ieſu Chriſti: Gratia vobis & pax
„ adimpleatur in cognitione Dei &
„ Chriſti Ieſu Domini noſtri: quo-
„ modo omnia nobis diuinæ virtu-
„ tis ſuæ, quæ ad vitam & pietatem
„ donata ſunt, per cognitionem e-
„ ius, qui vocauit nos propria glo-
„ ria & virtute: per quem maxima
„ & pretioſa nobis promiſſa dona-
„ uit, vt per hæc efficiamini diuinæ
„ conſortes naturæ, fugientes eius,
„ quæ in mundo eſt, concupiſcen-

tiæ corruptionem. Idem etiam Apoſtolus Paulus exhibitum & præſtitum teſtatur, eodem loco, in quo de doctrinæ gentium vanitate, atque de Christianæ diſciplinæ veritate & fructu diſſerit. Vos auté non ita didiciſtis Christum, ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu, deponere vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Vos eſtis filij prophetarum & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros, dicés ad Abraham: Et in ſemine tuo benedicentur omnes familię ter- Epheſ.4. Act.3.

„ ræ. vobis primum Deus ſuſcitans
„ filium ſuum miſit eum benedi-
„ centem vobis, vt conuertat ſe v-
„ nuſquiſque à nequitia ſua.

Atque conditio illa, quam veri & ſtudioſi Chriſtianæ doctrinę diſcipuli Dei munere atque dono aſſequuntur; longè dignior, illuſtrior, amplior, opulentior, lõgè denique beatior eſt, quàm vel humano ingenio, atque philoſophico iudicio, aut etiam mortalis cuiuſpiam ſtudio definiri, atq. adeò quàm cognoſci aut capi poſſit, niſi ab iis quibus ex diuino beneficio contigerit; S. S. E. Neque oculus vidit, neque auris audiuit,
Iſai. 64. 1. Cor. 2.
„ neque in cor hominis aſcendit,
„ quæ præparauit Deus iis qui dili-
„ gunt illum. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiã

pro-

profunda Dei. Quis enim hominũ ſcit,quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis,qui in ipſo eſt;ita & quę Dei ſunt,nemo cognouit niſi ſpiritus Dei. Poteſt quidẽ cõditio hæc aliquo modo vel verbis, vel ſcripto depingi,ſiue deſcribi: id quod à nobis opportuno loco ac tẽpore Deo ſuggerẽte præſtabitur. verũ eiuſmodi pictura atq. deſcriptio vmbræ cuiuſdam magis,quàm viuę & expreſſæ imaginis vſum præbere poterit; neque enim omnis omnino huius maximi ſolidiſſimiq́ue boni menſura communibus & hominum ſermone vulgatis verbis æquari poteſt, neque animis etiam teneri, niſi iis qui ſpiritu ipſo ſancto aucti, promoti,& amplificati, atque ad hanc cognoſcendam continendamq́ue rem habiles fuę-

rint

rint effecti. Huius rei gratia, in-
Epheſ. 3 quit Apoſtolus, flecto genua
„ mea ad patrem Domini noſtri
„ Ieſu Chriſti, ex quo omnis pater-
„ nitas in cælo & in terra nomina-
„ tur, vt det vobis ſecundum diui-
„ tias gloriæ ſuæ virtute corro-
„ borari per ſpiritum eius in inte-
„ riori homine, Chriſtum habitare
„ per fidem in cordibus veſtris, in
„ charitate radicati & fundati, vt
„ poſſitis comprehendere cum o-
„ mnibus ſanctis, quæ ſit latitudo
„ & longitudo, & ſublimitas &
„ profundum. Scire etiam ſupere-
„ minentem ſcientiæ charitatem
„ Chriſti, vt impleamini in om-
„ nem plenitudinem Dei.

Quamquam verò Chriſtianæ huius doctrinæ diſcipulus cogno-ſcere initio atque percipere non poſſit quanta ſit promiſſæ ſibi

ſortis

ſortis magnitudo atque præſtan
tia, donec eam diuino dono a
beneficio obtinuerit; non ide
tamen ipſius doni atque benef
cij dignitas & amplitudo minc
eſt, aut erit, vel defraudatione a
liqua deteretur; quippe huius do
ctrinæ auctor veraciſſimus, i
quod pollicitus eſt, quamquam
diſcipulis initio ignotum, pleniſ
ſimè & cumulatiſſimè præſtabit
omnibuſque numeris & partibu
abſolutum præbebit, vtpote qu
vltrò libens benigneque promi-
ſerit, & alienorum bonorum mi
nimè egeat, neque ſuis impertiē-
dis donis pauperior fiat; ſed quo
magis miſeretur, pluraque im
partitur, eò ſe ditiorem & locu
pletiorem oſtendat, miſericordiæ
que ſuæ copiam numquam ex
hauriendam demonſtret. s. s. 1.
Idem

Rom. 10. Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illũ. Siue igitur diuinæ diſciplinæ præmiũ diſcipulis ipſis plenè notum ſit, ſiue minus apertè cognoſcatur; non ideò tamen iis qui legitimè, purè, & ſanctè quæſierint, vel opportuno tempore negabitur, vel minus amplum & plenum quàm ipſius rei diuina ratio, & promittentis maieſtas, auctoritas, & liberalitas poſtulat, contin-
Iſai. 55. get. S.S.E. Quia ſicut exaltantur
„ cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ
„ meæ à viis veſtris, & cogitationes
„ meæ à cogitationibus veſtris: &
„ quomodo deſcendit imber & ros
„ de cælo, & illuc vltrà non reuer-
„ titur, ſed inebriat terram, & in-
„ fundit eam, & germinare eam fa-
„ cit, & dat ſemen ſerenti, & pa-
„ nem comedenti: Sic erit verbum

meum

meum quod egreditur de ore "
meo, non reuertetur ad me va- "
cuum, ſed faciet quęcumque vo- "
lui, & proſperabitur in iis ad quæ "
miſi illud. Quia in lætitia egre- "
diemini, & in pace deducemini: "
montes & collès cantabunt co- "
ram vobis laudem, & omnia lig- "
na regionis plaudent manu. Pro "
ſaliunca aſcendet abies, & pro vr- "
tica creſcet myrtus; & erit Domi- "
nus nominatus in ſignum æter- "
num, quod non auferetur. Huius rei argumentum manifeſtiſſimum cōſtat in Abrahamo, quem quondam Deus à gentium doctrina & moribus ſeparatum & ſelectum, eorum, qui veram hanc diſciplinam accipere & colere voluerint, exemplum probatiſſimum ſtatuit; is autē cùm terrenæ hereditatis promiſſum à Deo

factum

factum firma ſide accepiſſet, nō protinus quantum terrę ſpatiun ſibi promitteretur cognouit; at que id vt cognoſceret, non tan ad ſe quàm ad promittenten Deum pertinere exiſtimauit: ſa tis autem ſibi eſſe duxit promi ſis pendere eius qui ditiſſimus e ſet, & quæ vltrò polliceretur, o timè poſſet, benigniſſimeq́u præſtare vellet. ille ergo audi promiſſo fidem habens, præcep ſibi propoſito paruit, & diſciplii legibus obtemperauit. s. s.

Gen. 12. Dixit autem Dominus ad Abr
» ham: Egredere de terra tua,
» de cognatione tua, & de dom
» patris tui; & veni in terram qua
» monſtrauero tibi. Faciamq́ue
» in gentem magnam, & bened
» cam tibi, & magnificabo nome
» tuum, eriſq́ue benedictus: ben

dicai

dicam benedicẽtibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi; atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Egreſſus eſt itaque Abraham, ſicut præceperat ei Dominus, quamquam nec locum quò tẽderet nouiſſet, nec quàm amplum poſſeſſurus eſſet, intelligeret. id quod obſeruans Apoſtolus declarauit: Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem, & exiit neſciens quò iret: fiſus maximè promittẽtis verbo qui plura præſtare poſſet & vellet, quàm vel ipſe petere vel intelligere valeret: tantumque ſuarum partium eſſe exiſtimauit parere & obedire ei, cui ſe diſcipulum tradiderat, promittenti hereditatem opportuno tempore ſibi indicandam, & am-

Heb. 12.

pliſſimam oſtendendam: id quod euentus ipſe demonſtrauit. Nam poſtquam Abraham in ſuſcepta diſciplina profectum non mediocrem fecerat, à Deo, cui ſeſe inſtituendum tradiderat, vocatus, & terrenæ hereditatis amplitudinem, & cæleſtium donorum, quæ illa imagine ſignificabantur, admirabilem rationem edoctus eſt; ſicut ſcriptum eſt:
Gen. 13. Dixitque Dominus ad Abra-
» ham, poſtquam diuiſus eſt ab eo
» Lot: Leua oculos tuos in dire-
» ctum; & vide à loco in quo nunc
» es ad Aquilonem & Meridiem,
» ad Orientem & Occidentem.
» Omnem terram quam conſpi-
» cis, tibi dabo, & ſemini tuo vſ-
» que in ſempiternum; faciamque
» ſemen tuum ſicut puluerem ter-

ræ,

ræ. Si quis poteſt hominum nu- “
merare puluerem terræ, ſemen “
quoque tuum numerare pote- “
rit. Surge ergo, & perambula “
terram in longitudine & in lati- “
tudine ſua, quia tibi daturus ſum “
eam.

Quamobrem cùm nemini dubium eſſe poſſit, quin ea quæ promiſſa à Deo ſunt, pleniùs & cumulatiùs quàm is qui accepturus eſt cogitare aut optare poſſit, præſtentur; diſcipuli boni atque probandi officium erit, impoſitas ſibi partes ſtudioſè ſuſcipere & diligenter agere, & donorum atque beneficiorum ipſorum æſtimationem ei cui inſtituendum & gubernandum ſeſe tradidit, relinquere, Deo optimo maximo, effi-

caciſſimo & miſericordiarum ditiſſimo cæleſti patri, qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, qui ſpiritum bonum ſe petentibus daturum ſeſe recepit verbis filij ſui, in quo locutus eſt nobis, & maxima nobis promiſſa obtulit. Nam ſi ea
Heb.1. quæ multifariam multiſque modis olim ille patribus in prophetis locutus atque pollicitus eſt, benigniſſimè præſtitit; & qui per Angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus; quomodo nobis quidquam ſubducetur aut negabitur ex iis quę per hunc voluntatis ſuę interpretem & expeditorem, atq. miſericordiæ & gratiæ diſpenſatorem benigniſſimum promiſſa ſunt, ſicut vnus ex illis probatiſſimis diſcipulis ſuo & aliorum experimento & vſu agnitũ, Deoq́. acceptum referens teſtatus eſt:
Quid

Quid ergo dicemus ad hæc, Si Rom. 8.
Deus pro nobis, quis contra nos? qui etiam proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ: quomodo nõ etiã cum illo omnia donauit? itaq. quod ad promittentẽ attinet, nihil omnino dubitationis eſt, nihil impedimẽti, quo minus ea quæ promiſſa ſunt cumulatiùs præſtentur: Mẽ- Lucæ 6.
ſurã bonã & confertã & coagitatã & ſuperfluentẽ dabunt in ſinũ veſtrũ. atque hæc Chriſtianæ doctrinæ veritatis aſſertio ex parte ipſius doctrinæ perpetuò conſtabit ſecundum fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ
ſecundum pietatem eſt, in ſpem Tit. 1.
vitæ æternæ, quam promiſit qui non mentitur Deus, ante tempora ſæcularia; manifeſtauit autem temporibus ſuis. Abrahæ namq. Heb. 6.

„ promittens Deus, quoniam ne-
„ minem habuit per quem iuraret
„ maiorem; iurauit per ſemetipſum
„ dicens: Niſi benedicens benedi-
„ cam te, & multiplicans multipli-
„ cabo te. Et ſic longanimiter ferẽs
„ adeptus eſt repromiſſionem. Ho-
„ mines enim per maiorem ſui iu-
„ rant; & omnis controuerſiæ eo-
„ rum finis ad confirmationem eſt
„ iuramentum, in quo abundan-
„ tiùs volens Deus oſtendere polli-
„ citationis heredibus immobilita-
„ tem conſilij ſui, interpoſuit iuſiu-
„ randum, vt per duas res immo-
„ biles, quibus impoſſibile eſt men-
„ tiri Deum, fortiſſimum ſolatium
„ habeamus, qui confugimus ad
„ tenendam propoſitam ſpẽ, quam
„ ſicut anchoram habemus animæ
„ tutam ac firmam, & incedentem
„ vſque ad interiora velaminis, vbi

pręcurſor pro nobis introiit Ieſus, "
ſecundum ordinē Melchiſedec "
pontifex factus in æternum. "

Supereſt igitur, id quod noſtri in hoc opuſculo inſtituti eſt, vt partes ipſas diſcipulis ſumendas & agendas doceamus, eaſque pręcipuè, quas omniū ordinū & ætatū, omniū cōditionū cōmunes eſſe intellexerimus, & ſine quibus probāda diſciplinæ & diſcipulorū ratio cōſtare nō poteſt. Siue igitur rex, ſiue ſacerdos, ſiue princeps, ſiue miniſter, ſiue priuatus, ſiue diues, ſiue pauper, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue pater, ſiue filius, ſiue vir, ſiue femina, ſiue iuuenis, ſiue adulta ætate, ſiue ſenex, ſiue mercator, ſiue artifex, ſiue miles, ſiue agricola, ſiue doctus, ſiue indoctus ſit, modò diſcipulum ſeſe profiteatur & eſſe velit doctrinæ huius

Chriſtianæ, modò in Eccleſiam catholicam, extra quam non eſt ſalus, nomen ſuum dederit, quãnam diſcipuli nomine perſonam ſuſtineat, & quemadmodum tenere, gerere, & tueri debeat, ex ipſius magiſtri Spiritus ſancti pręceptis & inſtitutis diſcat, nobis referentibus, qui, cùm in eadem ſchola verſemur, ea quæ à præceptore dictata ſunt, non tamquam magiſtri, ſed tamquam condiſcipuli, reddimus, & aſſidentium adſtantiumq́ue præſenti coronæ recitamus; boniq́ue conſulat, ſi quid forſitan retulerimus quod pro ſæculi noſtri moribus & opinionibus durius videatur, neque in priuati cuiuſpiam capitis reprehenſionem quidquam à nobis dictum interpretetur; ſed fidelis eſſe exiſtimet famuli atque

miniſtri officium, Domini voluntatem propria ipſius oratione cõſeruis ſuis declarare & exponere: qua quicumque propter cõſcientiam aut timorem, aut veri inſcitiam premi ſibi ipſi videatur, is non doctrinæ & præceptis, quæ æquiſſima ſanctiſſimaque ſunt, non referenti conſeruo, ſed ſibi ipſi iraſcatur oportet; quippe qui hanc diſciplinam cùm profeſſus fuerit, non iis legibus & cõditionibus ſuſceperit, quæ conſtantes, æternæ, communeſque ſunt; neque ad hoc latæ & editæ, vt pro ſingulorum conſilio, ſtudio, libidine, aut voto mutentur, ſed ad ſui obſeruationem & cultum, omnia quibus hoc impediri poteſt, conſilia, ſtudia, vota, acta atque facta mutari iubeant; S.S.E. Nolite putare, quoniam veni ſoluere Matth. 5

„ legem aut prophetas: non veni
„ ſoluere, ſed adimplere. Hoc eſt
efficere, vt qui mihi credunt,
purè, ſanctè atque legitimè ob-
„ ſeruãtes adimpleant. Amen quip-
„ pe dico vobis, donec tranſeat cæ-
„ lum & terra, iota vnum aut vnus
„ apex non præteribit de lege, do-
„ nec omnia fiant. Qui ergò ſolue-
„ rit vnum de mandatis his mini-
„ mis, & docuerit ſic homines, mi-
„ nimus vocabitur in regno cælo-
„ rum: qui autem fecerit & docue-
„ rit, hic magnus vocabitur in re-
„ gno cælorum. Dico enim vobis,
„ Niſi abundauerit iuſtitia veſtra
„ pluſquàm Scribarũ & Phariſæo-
„ rum, non intrabitis in regnum
„ cælorum. Quòd ſi cælorum ad-
„ itus negatus eſt iis, quorum iuſti-
tia atque legis præceptorum Dei
obſeruatio præſtantior non fuerit
quàm

quàm Scribarum & Phariſæorũ, non malorum & hypocritarum, ſed bonorum Scribarum & Phariſæorum; qui legis cuſtodiendæ ſtudio magis excellere videbantur: quid fiet ei qui iuſtitiæ rationes conſeruis & condiſcipulis ſuis expoſiturus hominum vel odio vel gratia interuerterit, mutauerit, celauerit, vel diſſimulauerit, vel alio modo ſoluerit, & docuerit ſic? nimirum minimus vocabitur in regno cælorum, & indignus qui in illam ſocietatem & cõmunionem admittatur regni, in quo omnes qui ſunt, reges & magni appellantur. eſſe autem regem, & eſſe minimum, alterum cum altero pugnat; vnde conſequitur idem eſſe in regno celorũ minimum atque nullum; nullus enim mandatorum Dei ſolutor,

&

& qui ſolui mandata docuerit, in regnum cælorum intrabit; ſed ij tantùm intrabunt, quorum iuſtitia pluſquàm Scribarum & Phariſæorum abundauerit. & alio in loco: Non auditores tantùm, ſed factores legis iuſtificabuntur apud Deum. Igitur quidquid in diſciplinæ nobis traditæ præceptis & inſtitutis atque ſententiis referendis anguſtius cuipiam viſum fuerit, quàm vt ſalua propria ipſius ſententiæ vel cupiditatis vel opinionis magnitudine ſubiri poſſit, idem ſi velit ad vitam ingredi, ſibi perſuadeat, neque viã à Deo ſemel iam munitam mutandam, dilatandámve eſſe, neque portam illam anguſtam priuata cuiuſquã cauſſa fore amplificandam; oportereq. ſe tenuem, humilem, pauperem-

que

q́ue ſpiritu præbere,& contendere intrare per anguſtam portam, atque ingredi per arctam viam; cuius difficultas omnis duabus rebus ſuperabitur, vero doctrinæ amore,& diuini auxilij gratia exoptata & poſtulata, quæ nemini deerit volenti hanc diſciplinam legitimè atque ſtudioſè ſubire. Propè enim eſt Dominus omni- Pſal 144.
" bus inuocantibus eum, omnibus
" inuocantibus eum in veritate.
" Voluntatem timentium ſe faciet,
" & deprecationem eorum exau-
" diet; vt ſaluos faciat eos, intelligatq́ue dulciſſimas & latiſſimas videri vias Domini iis, qui tamquam aduenæ & peregrini à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam, abſtinentes,& abalienati, & ſpiritu pauperes effecti, ſanctum hoc iter ſuſcipiunt

Pſal.118 & ingrediuntur; S.S.E. Et ambu-
» labam in latitudinem, quia man-
» data exquiſiui, & loquebar de te-
» ſtimoniis tuis in cóſpectu regum,
» & non confundebar: & medita-
» bar in mandatis tuis, quæ dilexi.
» Et leuaui manus meas ad man-
» data tua, quæ dilexi; & exercebor
» in iuſtificationibus tuis.

Scimus pios & ſanæ mentis homines condiſcipulum ſuum libẽter audituros, rationemq́ue habituros non orationis vel ſcientiæ dicentis, ſed ſententiarum ex ore Dei viuentis profectarum, quarum certam, conſtantem, ratam, ſanctam, atque maximam auctoritatem eſſe Eccleſia omnis aſſeuerat, communem etiam & publicam, ad omneſq́ue pertinentem agnoſcit; atque æquo animo laturos confidimus, quidquid à nobis

nobis dicatur quod noſtrorum temporum mores notare fortaſſe poſſit; illud ſibi perſuadentes, pietatem, ſimplicitatemq́. Chriſtianam, virtutem & probitatem ſemper valere, ab omniq́ue repreheſione exceptam eſſe tum ſuo ipſarum virtutũ iure, tum etiam conſilio inſtitutoq́. noſtro; quippe qui pios omnes & probos etiá ignotos vehementer amemus; neque vllum etiam eorum oderimus, qui à veritate atque virtute Chriſtiana deſciuerint, aut degenerauerint, ſed omnes reſipiſcere, & in Chriſto Ieſu ſeruari cupiamus: atque ideò certi ac recti admoneamus officij; eos verò qui ſapientiores ſunt atq. nobis monitoribus non egent, benignè indulturos noſtro erga publicam & communem hominum ſalutem

ſtudio

ſtudio atque officio; qui, cùm inſipientes ſimus,& ſapientibus nihil conferre ad ipſorum informationem valeamus, tamen inſipientioribus atque noſtrę ſortis hominibus, quidquid vtilis miniſterij præſtare poſſumus, debeamus. Conſtabit autem omnis admonitionis noſtrę ratio ſacrorum vtriuſque teſtamenti oraculorum apertis ſentẽtiis; quorum tantum pondus eſt, vt neque humana ſcientia depelli, neque aduerſarij ingenij arte & calliditate eleuari poſſit; atque hoc pacto & iis prodeſſe poterimus, qui nihil niſi ex ſacris libris productum in diſputationem adferri patiuntur; & iis adiumento erimus, qui veritatem vndique collatam, amplectendam rectè cenſent: vtriſque enim ſtudio officioque noſtro inſeruire

ſeruire volumus, non ea afferentes omnia quæ poſſemus, ſed ea tantùm quæ omnibus prodeſſe, & nemini obeſſe poſſe exiſtimabimus.

Duo igitur in vniuerſum, præcipua Chriſtianæ diſciplinæ capita ſunt, quæ vnumquemque diſcipulum tenere, atq. certo officio præſtare exercereq́. oporteat. Alterum eſt diuinis effatis atque promiſſis credere, quorum auctoritas certis ſignis & apertis teſtimoniis conſtat. Signa autem neque hoc tempore neceſſaria ſunt, neque etiam exiguntur, neque exigi decet; vtpote quæ iam olim viſa, probata, identidemq́. repetita & confirmata, atque ab vniuerſali Dei eccleſia excepta fuerunt: de his enim ſcriptũ eſt: Memento dierum antiquorum, Deut. 32
"

D cogita

" cogita generationes ſingulas; in-
" terroga patrem tuum, & annun-
" tiabit tibi; maiores tuos, & dicẽt
" tibi. Quamobrem neque dubitandum iam neque ambigendũ, quid nam aut quatenus credere diuinis effatis oporteat; id enim totum in certa capita, quæ articuli vocantur, redactum ab Eccleſia, diſcendum ediſcendumq́. proponitur, & ad Apoſtolorum ſymbolum refertur; in quo diuina effata atq. promiſſa mira breuitate continentur; & à ſanctis, piis, ac ſapientibus viris expoſita variis libris & voluminibus quáplurimis conſtant; eorumq́ue expoſitio Tridentini concilij auctoritate, atque eccleſiaſticorum miniſtrorum præſtanti opera in breue atque perſpicuum compendium doctiſſimè redacta eſt. Ne-

que

que verò hoc loco nobis ad eos qui non credunt, ſermo eſt; ſed ad eos qui credunt, vel qui credere ſeſe profitentur verbis & effatis atque promiſſis Dei in ſuam ipſorum ſalutem, neque miraculis indigere ſe fatentur, neque dubitatione aliqua detineri ſalutis à Deo in terras miſſæ, atque per Ie- Heb. 2.
ſum Christum expeditæ ac præ- "
ſtitę; quę cùm initium accepiſſet, "
enarrari per Dominum ab eis qui "
audierunt in nos confirmata eſt, "
ait Apoſtolus, conteſtante Deo "
ſignis & portentis & variis virtutibus & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem.

Alterum verò doctrinæ caput pietatis notitia exercitatioq. eſt, de qua noſter hoc loco inſtitutus eſt ſermo. Pietatem autem pro

initæ expoſitionis ratione vocamus id omne quod in vniuerſum fideles Chriſti diſcipulos, atque doctrinæ Chriſtianæ promiſſis credẽtes, cognoſcere, tenere, præſtareq́ue oportet, nemine excepto ex iis qui per mentis ac rationis facultatem atq. vſum cognoſcere & præſtare poſſunt; quippe quibus neceſſariũ ad hæc cognoſcẽda & præſtanda diuinæ gratiæ auxiliũ, vt paullo antea affirmabamus, ſtudioſè & opportunè petẽtibus nõ defuturũ aut negãdũ, aut inuidẽdũ, immo potiùs liberaliſſimè à patre luminũ ſuppeditãdũ eſſe cõſtet; vtpote qui omnes
1. Tim. 2 homines ſaluos fieri, & ad agni-
» tionẽ veritatis peruenire vult, etiã
» eos qui alieni à veritatis cognitio-
» ne ſunt, nedũ eos qui veritatẽ cognitã amplectuntur, ac tenere colereq́ue

lereq́. ſtuduerint. Dicimus autē cognoſcere oportere diſcipulum doctrinæ pietatis, quā profitetur, pręcepta & inſtituta ſumma: quā-quam enim minutiſſima cognoſcere neque omnium ſit, neq. ab omnibus exigatur; ea tamen, quæ ad omnes in vniuerſum diſcipulos pertinent, ignorāda non ſunt. Quonam enim iure diſcipulum ſeſe profiteri & appellare audeat is, qui ſumma diſciplinæ, quam colit colereq́ue debet, capita non teneat? quo iure ſe diſcipulum à præceptore agnoſci poſtulet, qui præceptoris inſtituta & mandata non agnoſcat? atque de hac re ab vno ex diſcipulis ad condiſcipulos ſcriptum eſt: Si quis videtur 1 Ti. 4.
" propheta eſſe aut ſpiritualis, co-
" gnoſcat quæ ſcribo vobis; quia
" Domini ſunt mandata. Si quis

autem ignorat, ignorabitur. Si quis, inquit, ignorat quæ nã Dei mandata ſunt, ignorabitur à pręceptore, qui dicet: Neſcio vos.
Matth. 25. idemq́ue dixit: Habenti dabitur,
„ & ei qui non habet, & quod ha-
„ bet, auferetur ab eo. idemq́ue alio loco diſcrimen conſtituens inter eos qui fide pręditi ſunt, notitiamq́ue Dei voluntatis habẽt,
Luc. 12. & eos qui non habent, aiebat: Ille
„ autem ſeruus qui cognouit vo-
„ luntatẽ domini ſui, & non ſe prę-
„ parauit, & non fecit ſecundum
„ voluntatem eius; vapulabit mul-
„ tis: qui autem non cognouit, &
„ fecit digna plagis, vapulabit paucis. iis itaque relictis qui non cognoſcunt voluntatem Domini; quales ſunt ij ad quos Euangelij notitia nondum peruenit; cum iis agimus, qui cognouerunt, aut
ſaltem

ſaltem ſe cognoſcere dixerunt voluntatem Domini, quos oportet ſeſe pręparare & facere ſecundum voluntatem eius; quibus Apoſtolus ait: Scitis enim quæ pręcepta dederimus per Chriſtum Ieſum. Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, ad quam ſeſe præparare oportet. præparari autem nemo poteſt, ſi ignoret quibus modis atque actionibus præparatio hæc ineatur & expediatur; quamquam enim aliquis ſibi ipſe ſummo ſtudio magnoq. molimine præparationem extremam indicat & ineat, niſi diuinæ voluntatis regulis & inſtitutis adaptatam comprobet, inutilem tandẽ experietur. id quod Deus ipſe apertè declarat iis, qui pio quidem ſtudio ac zelo moti, tamẽ alias vias ſibi munierunt ab ipſius

1. Theſſ. 4.

autem ignorat, ignorabitur. Si quis, inquit, ignorat quæ nã Dei mandata ſunt, ignorabitur à pręceptore, qui dicet: Neſcio vos.
Math. 13. idemq́ue dixit: Habenti dabitur,
» & ei qui non habet, & quod ha-
» bet, auferetur ab eo. idemq́ue alio loco diſcrimen conſtituens inter eos qui fide pręditi ſunt, notitiamq́ue Dei voluntatis habẽt,
Luc. 12. & eos qui non habent, aiebat: Ille
» autem ſeruus qui cognouit vo-
» luntatẽ domini ſui, & non ſe prę-
» parauit, & non fecit ſecundum
» voluntatem eius; vapulabit mul-
» tis: qui autem non cognouit, &
» fecit digna plagis, vapulabit paucis. iis itaque relictis qui non cognoſcunt voluntatem Domini; quales ſunt ij ad quos Euangelij notitia nondum peruenit; cum iis agimus, qui cognouerunt, aut ſaltem

ſaltem ſe cognoſcere dixerunt voluntatem Domini, quos oportet ſeſe pręparare & facere ſecundum voluntatem eius; quibus Apoſtolus ait: Scitis enim quæ pręcepta dederimus per Chriſtum Ieſum. Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, ad quam ſeſe præparare oportet. præparari autem nemo poteſt, ſi ignoret quibus modis atque actionibus præparatio hæc ineatur & expediatur; quamquam enim aliquis ſibi ipſe ſummo ſtudio magnoq. molimine præparationem extremam indicat & ineat, niſi diuinæ voluntatis regulis & inſtitutis adaptatam comprobet, inutilem tandẽ experietur. id quod Deus ipſe apertè declarat iis, qui pio quidem ſtudio ac zelo moti, tamẽ alias vias ſibi munierunt ab ipſius 1. Theſſ. 4.
 conſilio

conſilio & præceptis diuerſas.
Iſai. 48. Hæc dicit Dominus redemptor
» tuus ſanctus Iſraël : Ego Domi-
» nus Deus tuus, docens te vti-
» lia, gubernans te in via qua am-
» bulas; vtinam attendiſſes man-
» data mea; facta fuiſſet ſicut flu-
» men pax tua, & iuſtitia tua ſicut
» gurgites maris. Quibus ex ſentē-
tiis & oraculis illud deducitur,
cognoſcere oportere vnũquemq.
diſcipulum diſciplinæ ſibi ſub-
eundæ ſaltē ſummam rationem,
eam videlicet, quæ & ſciri, teneri,
exercerique à ſingulis poſſit, nec
magnum laborem, exquiſitiſſi-
mumque ſtudium, aut profundũ
ingenium, vel diuturnum tem-
pus, aut longum iter ad ſui co-
Deut. 30 gnitionem poſtulet; S.S.E. Man-
» datum hoc quod ego præcipio ti-
» bi hodie, non ſupra te eſt, neque
procul

procul poſitum; neque in cælo ſi- "
tum, vt poſſis dicere: Quis no- "
ſtrum valet ad cælum aſcendere, "
vt deferat illud ad nos, vt audia- "
mus, atque opere compleamus? "
neque trans mare poſitum, vt "
cauſſeris & dicas: Quis è nobis po "
terit transfretare mare, & illud "
ad nos vſque deferre, vt poſſimus "
audire & facere quod pręceptum "
eſt? Sed iuxtà eſt ſermo valdè in "
ore tuo, & in corde tuo, vt facias "
illum.

Huius igitur nobis indicatæ & cognoſcendæ atque exercendæ pietatis ſumma in tres partes diuiditur: Timorem, Pœnitẽtiam, & charitatem cum præceptorum Dei exercitatione. quas quicumque purè atque rectè edoctus tenuerit & obſeruauerit, conciliatam ſibi Dei gratiam & miſeri-

cordiam ex eiuſdem Dei benignißimo promiſſo atq. pacto cõfirmatiorem auctioremque in ſalutem ſuam obtinebit., ac tãdem regni cæleſtis hereditate potitus firmabit. eſt enim ea his tribus partibus ſiue eas virtutes appellare libeat, vis & efficientia ex Dei conſilio, liberalitate atque volũtate conceſſa, vt diuinam iram atque ſententiam horrẽdam declinare, & miſericordiam in oculis Dei inuenire is poßit, cuius animus his virtutibus præditus inſtructuſque fuerit.

Principio itaque pietatem exercere volentibus, animus diuino timore imbuendus eſt: id eſt reuerentia & obſeruatione ſtudioſa earum rerum, quas Deo vel ingratas vel gratas eſſe conſtiterit, illas vt penitus deteſtatus fugiat,

oderit

oderit & horreat, has vt diligenti cura expetat & ſequatur. Namque ille affectus, quo animus ita Deum reueretur, vt nihil velit quod immenſam illã bonitatem offendat, nihilq́. nolit quod Deũ velle intelligat; ille, inquam, Timor Domini appellatur, atque totius veræ ſapientiæ initium eſſe fertur, idemq́ue alio nomine à Latinis religio dicitur. Philoſophi hunc in ſeruilem & filialem timorem partiti ſunt; eamq́ue partitionem Chriſtianorum ſchola admiſit, & ſeruilem ea parte cõmendauit, qua aditum quendam ad filialem eſſe intellexit: verùm nos, quia non tam hæc ſubtiliter diſputare, quàm ad communem captum accõmodare ſtudemus, atque ad ſacrorum oraculorum normam ſermonem temperare con-

contẽdimus, definitionem à Spiritu ſancto pronuntiatam obſeruantes; Timorem hunc Domini, religionem ſiue reuerentiam appellamus, qua pij hominis affectus animus ea quæ Deo probata eſſe nouit, obſeruat & curat: contrà verò ea reiicit & auerſatur, quæ Deo improbari cognouit. Quamobrem hic animorũ pius affectus ſic à Sapientia definitur:
„ Timor Domini eſt religioſitas ſcientiæ, id eſt religio & obſeruatio erga ea quę vel expetenda vel fugienda eſſe ex ſciẽtia compertum fuerit. Scientiam autem hoc loco interpretamur diuinæ voluntatis notitiam, ſiue ea pronuntiatis verbis, ſiue ſcriptis, ſiue traditionibus, ſiue reuelatis rationibus & normis contingat.

Diuinus hic timor eum quem

informat

informat hominē ad veram pœnitentiam ineundam & exercendam impellit,& ad pręceptorum diuinorum ſtudium, curam, & obſeruantiam inducit; atque ad vtriuſque partis diligentem cognitionem incitat. Nam cùm primum ſibi in animum induxerit homo ea venerari atque obſeruare quæ Deo placere intellexerit, eáque auerſari & fugere quæ eidem diſplicere cognouerit; ſtatim omni cura quid Deus probet, quidq́ue improbet, edoceri ſtudet; edoctus verò diuina poſtulata gratia diligenter obſeruat, ante actæq́ue non rectè vitæ pœnitentia ductus, præceptorū Dei viam ſibi proponit, quam ingreſſus accuratè tenet & proſequitur; proſecutus verò cęleſtium promiſſorum ex diuino conſilio &

pacto

pacto compos efficitur, atque benedictionis illius communione potitur, quam Dei paternus amor omnibus credentibus & obedientibus ſibi pollicitus præſtare exhibereque poteſt & vult, atque reapſe præſtitit iis qui iuſtiſſimæ atque ſanctiſſimæ ipſius voluntati obtemperauerunt.

Quamobrem diuina ſapientia, quæ maximos fructus ex diuini timoris radicibus procreari ac tandem edi cognouerat; vt homines à pręceptorum Dei violatione,& horrendæ irę atque indignationis periculo auerſos ad gratiæ ineundæ conciliandæque vſum induceret, Salomonis præ-
Eccli. 1. conio in hanc ſententiam pronũtiauit: Plenitudo, corona & diſciplina ſapientiæ eſt, timere Dominum.

num. id quod, vt apertiùs expli- "
caret & efficaciùs commendaret, "
breuiſſima, ſed ſignificantiſſima
expoſitione promouit; Timor,
inquiens, Domini eſt fons vitæ:
Fons atque initium vitæ Dei timor
ideo appellatur, quòd is hominem
à diuinæ legis violatione
auocatum, ad veramque pœnitentiam
inductum, atque ad præceptorum
obſeruantiam animatum
& exercitum, ad obtinendam
gratiam & miſericordiam
Dei deducit, qua obtentâ ex benigniſſimo
pacto filius Dei, atque
vitæ æternæ compos & particeps
efficitur, benigniſſimo, inquam,
pacto Dei, qui ſponte atque vltrò
in ſe recepit curam, promotionẽ,
amplificationem, atque ſanctificationem
eorum qui ſibi fide &
vera obedientia adhærere ſtuduerint;

Pſal. 144 rint; quamobrem diuinus Pſaltes
„ canebat: Voluntatem timentium
„ ſe faciet, & deprecationem eo-
„ rũ exaudiet, vt ſaluos faciat eos.
Pſal. 102 idem etiam dicebat: Quantum
„ diſtat cælum à terra, tantum mi-
„ rificauit miſericordiam ſuam ſu-
„ per timentes eum: & quomodo
„ miſeretur pater filiorum, ita mi-
„ ſeretur Dominus ſuper timentes
„ eum. Et iterum canebat: Miſe-
„ ricordia Domini ab æterno vſque
„ in æternum ſuper timentes eum.
„ quibus ſententiis omnibus illud
docemur, infinitam atque æternam eſſe numquam deſinentem Dei miſericordiam erga eos, qui diuino timore affecti atque animati pietatis viam ſequuntur: quem timorem religioſitatẽ ſcientiæ eſſe diximus, hoc eſt reuerentiam & curam diuinæ offen-
ſionis

ſionis vitandæ, atque voluntatis obſeruandę, maieſtatiſque colendæ. quamobrem illa ſanctiſſima veritatis mater aiebat : Et miſeri- Luc. 1.
„ cordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. nullis inquit ſæculis deſideratam fuiſſe, nullis generationibus defuturam diuinam illam & inexhauſtam miſericordiam erga eos qui ſe timuerint, timenteſque religioſè ac piè coluerint. Ampliſſimam profectò diuini timoris dignitatem eſſe plurimis ac frequentibus teſtimoniis, atq. omnium prophetarum & ſanctorum ore redditis reſponſis diuina ſapientia confirmat; ex quibus illud apud Salo- Eccli. 25.
„ monem : Quàm magnus eſt qui inuenit ſapientiam & ſcientiam, ſed non eſt ſuper timentem Dominum. Quippe ſapientia & ſci-

 entia

entia animum illuſtrant quidem atque inſtruunt, verùm Dei timor ille ſanctus cor in Deum efficaci motu conuertit, atque ad præceptorum legis diuinæ obſeruantiam inducit. id quod ita fieri eadem ſapientia apertè indicat:
Eccli. 2. Fili, accedens ad ſeruitutem Dei,
» ſta in iuſtitia & in timore, & præ-
» para animam tuam ad tentatio-
» nem. Deprime cor tuum & ſu-
» ſtine: inclina aurem tuam, & ſuſ-
» cipe verba intellectus; & ne fe-
» ſtines in tempore obductionis.
» Suſtine ſuſtentationes Dei; con-
» iungere Deo, & ſuſtine, vt creſcat
» in nouiſſimo vita tua. Omne
» quod tibi applicitum fuerit acci-
» pe, & in dolore ſuſtine, & in hu-
» militate tua patientiá habe, quo-
» niam in igne probatur aurum &
» argentum; homines verò recepti-
biles

biles in camino humiliationis. "
Crede Deo, & recuperabit te, & "
dirige viam tuam, & ſpera in illũ. "
SERVA timorem illius, & in illo "
veteraſce. Metuẽtes Dominum, "
ſuſtinete miſericordiam eius; & "
non deflectatis ab illo, ne cada- "
tis. Qui timetis Dominum, cre- "
dite illi; & non euacuabitur mer- "
ces veſtra. Qui timetis Dominũ, "
ſperate in illum, & in oblectatio- "
nem veniet vobis miſericordia. "
Qui timetis Dominum, diligite "
illum, & illuminabuntur corda "
veſtra. Reſpicite filij nationes ho- "
minum; & ſcitote quia nullus "
ſperauit in Domino, & confuſus "
eſt. Quis enim permanſit in mã- "
datis eius, & derelictus eſt? aut "
quis inuocauit eum, & deſpexit "
illum? Quoniam pius & miſeri- "
cors eſt Deus, & remittet in die "

"tribulationis peccata : & prote-
" ctor eſt omnibus exquirentibus
" ſe in veritate. Væ duplici corde &
" labiis ſceleſtis, & manibus male-
" facientibus, & peccatori terram
" ingredienti duabus viis. Væ diſ-
" ſolutis corde, qui non credunt
" Deo, & ideò non protegentur
" ab eo. væ iis qui perdiderunt ſu-
" ſtinentiam, & qui dereliquerunt
" vias rectas, & diuerterunt in vias
" prauas. Et quid facient, cùm in-
" ſpicere cœperit Dominus? Qui
" timent Dominum, non erunt in-
" credibiles verbo illius, & qui dili-
" gunt illum, conſeruabunt viam
" illius. Qui timent Dominum, in-
" quirent quæ beneplacita ſunt ei;
" & qui diligunt eum, replebuntur
" lege ipſius. Qui timent Dominũ,
" præparabunt corda ſua, & in con-
" ſpectu illius ſanctificabũt animas
ſuas.

ſuas. Qui timent Dominum, cu- "
ſtodiunt mandata illius, & patiẽ- "
tiam habebunt vſque ad inſpe- "
ctionem illius; dicentes: Si pœni- "
tentiã non egerimus, incidemus "
in manus Domini, & non in ma- "
nus hominum. Secundum enim "
magnitudinem ipſius, ſic & mi- "
ſericordia illius cum ipſo eſt. Neque verò ſolum præſtantem, vtilem, & ad ſalutis inſtituendũ negotium efficacem Dei timorem, ſed prorſus neceſſarium eſſe diuinæ litteræ affirmant, atque hoc ſecluſo ſeruari quemquam poſſe Eccli. 1.
negant. Nam qui ſine timore eſt, "
non poterit iuſtificari, inquit Sa- "
pientia; quippe his qui hac reli- "
gione, huiuſmodíque diuino timore imbutus nõ fuerit, nec pœnitentiæ rationes rectè inibit, animoque fideli atque conſtanti ſuſ-

cipiet; neque præcepta Dei ſan-
ctè obſeruabit, ita vt oportet eos,
qui ſeſe Deo probare atque ad
iuſtificationis ſanctificationiſque
Chriſtianæ accipiendum benefi-
cium cõparare ſtudent. Quam-
obrem diuino conſilio decretum
atq. curatum fuit, vt aduẽtantis
orbi terrarum ſalutis nuntius &
index prælegaretur, qui pœniten-
tiam ac diuinæ legis obſeruãtiam
hominibus commendaret, atque
hoc pacto aduenienti Chriſtianæ
iuſtitiæ viam muniret & neceſſa-
Matth. 3 riam & opportunam. Fuit enim
„ Ioãnes in deſerto baptizãs & prę-
„ dicans baptiſmum pœnitentiæ in
„ remiſſionem peccatorum; ſicut
„ ſcriptum eſt: Ecce ego mitto an-
„ gelum meum ante faciem tuam,
„ qui præparabit viam tuam. Vox
„ clamantis in deſerto, parate vias

Domini,

Domini, rectas facite ſemitas eius. "
eodem etiam cõſilio, ab huius ſalutis procuratore, auctore & Pontifice Christo Ieſu miſſi Apoſtoli ſunt, qui neceſſariam hanc pœnitentiam indicarent & publicè indicerent: quamobrem Euangeliſta ſcripſit: Exeũtes Apoſtoli prędicabant vt pœnitentiam agerẽt. Matth. 6.
"
"
"
Neminem enim eorũ qui ſe audirent, ſalutemq́. ſibi nuntiatam optarent & cuperẽt, à pœnitentię cura & ſtudio excipiebant Apoſtoli, ſed vt pœnitẽtiam agerent. Idem etiam munus iniunctũ ſibi erga Iudæos & gẽtes nullo diſcrimine, idem officium factum, Apoſtolus Paulus apud Agrippam regẽ profitebatur. Iudęis & gentibus prædicabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterẽtur ad Dominum, digna pœnitentiæ opera Acto. 26
"
"
"
"

facientes. Conſulentibus autem Ieroſolymitanis & Ieroſòlymenſibus hominibus, quid agendum curandumq́. eſſet iis qui ſalutem
Actor. 2. obtinere cuperent, D. Petrus re-
,, ſpondit: Pœnitentiã agite, & ba-
,, ptizetur vnuſquiſq. veſtrũ in no-
,, mine Ieſu Chriſti in remiſſionem
,, peccatorũ, & accipietis donũ Spi-
,, ritus ſancti: vobis enim eſt repro-
,, miſſio, & filiis veſtris, & omnibus
,, qui longè ſunt, quoſcumq. aduo-
,, cauerit Dominus Deus noſter.
,, Sexcenta & amplius diuinarum vtriuſq. teſtamẽti ſcripturarũ teſtimonia adduci poſſent, quibus apertè confirmaretur, ſine Dei timore & pœnitentia, quę ſecundũ huius pręparationis caput, de quo iã agimus, eſt, atque ſine diuinorũ pręceptorũ cuſtodia & obſeruãtia, nec redẽptionẽ illã Chriſtianam,
nec

nec cæleſtis patriæ cõmunionẽ &
poſſeſſionẽ obtineri poſſe adultis
hominibus,& qui Dei notitia, ac
boni & mali cognitione non ſunt
deſtituti. id quod Seruator ipſe
paternæ volũtatis cognitor maxi-
mus proteſtatus prædicebat: Niſi Lucæ 3.
pœnitentiá egeritis,omnes ſimul Matth. 5
peribitis: & niſi abundauerit iu-
ſtitia veſtra pluſquã Scribarum et
Phariſæorũ,nõ intrabitis in regnũ
cælorũ. Cùm autẽ hoc in libello
pœnitentiæ nomen ſæpiſſimè re-
petendũ nobis ſit, vt apertè quid
dicamus cõſtet,animaduertendũ
eſt,Pœnitentiã duo in ſe cõtinere;
malæ vitę,atq. vitiorũ deteſtatio-
nem & fugã, & probandorũ mo-
rum,virtutũ atq. operũ, actorum
ac factorũ, quæ Deo placere de-
claratũ fuerit,magnũ & contentũ
ſtudiũ cum opportuna & aſſidua
 exerci-

exercitatione coniunctum. Atq. ad prioré partem, hoc eſt, ad deteſtationé & fugam vitiorũ præcipuè ea pœnitentię ratio ſpectat, quæ in Chriſtianis & Eccleſiaſticis ſacramentis numeratur; cuius membra recenſentur, cordis contritio, oris confeſſio, atq. operis ſatisfactio; vt conſuetis doctorum verbis, neq. à ſęrmone & vſu cõmuni alienis vtamur: atq. hæc ratio omnis, quòd multorũ auctorũ editis voluminibus explicata & tradita eſt, ex illorum libris petẽda & cognoſcenda à nobis reſeruatur; tantũ hoc in opere de pœnitentia virtute acturis quæ illius alterius partis finis eſt & complementum: neq. enim ſatis eſt prę terita malè plãgere, vti dici ſolet, & confiteri peccata, atq. plangenda iterum non committere; niſi

Pœnitẽtię ſacramentũ.

Pœnitẽtia virtus.

&

& ceteri pœnitentiæ digni fructus fiant ab iis à quibus fieri poſſunt. Atque hæc pars, quæ correctæ ac iuſtæ vitæ virtutumque cultura & exercitatione præſtatur, aliàs pœnitentia virtus nominata, hæc, inquam, ea eſt de qua nobis hoc loco diſſeritur.

Pœnitentia.

Hanc igitur pœnitentiam virtutẽ diuinæ ſapientiæ ratio ſacris libris expoſita in eo cõſiſtere maximè docet, vt homo cupiditatibus ſuis bellum indicat & inferat, fortiſſimeque ſe ipſum vincat, atque à mundanis & carnalibus actionibus operibuſque contineat, & iis quæ à Deo præcipiuntur, cõmendantur & probantur ſtudiis & actionibus, curá operamque adhibeat. Hæc enim lex primo hominum parenti impoſita

poſita eſt illo arcano ac diuino reſponſo, quod ſub terræ imagine
Gen. 3. ac nomine redditum fuit. Male-
„ dicta terra in opere tuo; in labore
„ comedes ex ea omnibus diebus
„ vitæ tuæ. Spinas & tribulos ger-
„ minabit tibi, & comedes her-
„ bam terræ; in ſudore vultus tui
veſceris pane tuo. Illam terram humanam Adama dictam, vnde ipſi factum fuerat nomen Adam, in opere ipſius, id eſt in illa diuini præcepti tranſgreſſione maledictam & contumacem redditam eſſe, Deus homini declarauit, eidemque prædixit, fructus in labore eſſe percipiendos ex terra illa quæ ex maledicto non quidem ſterilis omnino eſſet effecta, vt nullum probãdum fructũ ederet, ſed edere poſſet fructus bonos & vſui aptos,
verùm

verùm multo labore excolendos. quippe cùm terra illa ſua ſponte propter maledictionem germinatura eſſet ſpinas & tribulos, id eſt varias difficultates ex cupiditate & ſuperbia producendas, quas remouere oporteret volentem pane veſci atque fructu vti probando & generoſo; ideoq́ue opus eſſe magno & cõtento labore qui ſudorem vultus exprimeret, hoc eſt qui voluntatem & cupiditatem fortiter exerceret, atque hoc modo conſequi poſſet panem illum cęleſtem, qui à Deo ipſo promiſſus pleniſſimè impertiendus erat iis qui ita laborarent in ipſorum ſalutem. id autem eſt, quod ſæpe aliàs diuinis oraculis & promiſſis explicatur & confirmatur. Qui vicerit, & cuſtodierit opera mea vſque in finem, dabo illi " Apoc. 2.
ſtellam

,, ſtellam matutinam,& veſtimẽtis
,, albis induetur; & non delebo no-
,, mẽ eius de libro vitæ, ſed faciam
,, eum columnam in templo Dei
,, mei,& foras non egredietur am-
,, plius; & ſcribam ſuper illum no-
,, men Dei mei, & nomen ciuitatis
,, Dei mei nouæ Ieruſalem, & no-
,, men meum nouum;& faciam il-
,, lum ſedere mecum in throno
,, meo; & dabo illi manna abſcon-
,, ditum,& calculum candidum,&
,, in calculo nomẽ nouum ſcriptũ,
,, quod nemo ſcit,niſi qui accipit.
,, Qui vicerit,poſſidebit hęc: & ego
,, ero illi Deus, & ipſe erit mihi fi-
,, lius. Timidis autem,incredulis,&
,, execratis,& homicidis,& fornica-
,, toribus,& veneficis,& idololatris,
,, & omnibus mendacibus,pars eo-
,, rum erit in ſtagno ardenti igne &
,, ſulphure,quod eſt mors ſecunda.

Huius rei admonendæ atque indicandæ, ad noſtramque ſalutem exponendæ cauſſa peccatores ſingulos diuina bonitas benignisſimè monens ait: Suadeo tibi "emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat vltrà confuſio nuditatis tuæ. æmulare igitur, & age pœnitentiam. Ecce enim ego ſto ad oſtium & pulſo; ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi oſtium, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ille cœnabit mecum." Apoc. 3. Vltrò atque benigniſſimè Dominus ad cœnę ſuę gaudia inuitat omnes eos, qui decenter culti, inſtructi atq. veſtiti, illius præſtantiſſimi conuiuij lætitiam expetentes optauerint & expectauerint, quam ex ipſius inuitantis libera-

liberalitate & beneficio oblatam demum percipient, atque vnà cum illo gaudebunt compotes & participes facti maximorum promiſſorum: Verùm enimuerò aperto exemplo videmus illum qui ad diuinum conuiuium intrare auſus eſt, non inſtructus veſte nuptiali, quam veram pœnitentiam & Chriſti præceptorum obſeruationem interpretamur, à ſupremo rege irato atque indignante audiiſſe: Amice, quomo-

Matth. 22.

„ do huc intraſti non habẽs veſtem
„ nuptialem? deinde miniſtris à
„ rege eſſe dictum: Ligatis mani-
„ bus & pedibus eiicite eum in te-
„ nebras exteriores; ibi erit fletus &

ſtridor dentium. Poſtulat igitur Euangelij doctrina non ſolùm fidem, ſed obedientiá etiam, quam neceſſariam eſſe confirmat ei, qui

ſalutis

ſalutis promiſſæ heres eſſe ſtudet: atque obedientia hæc à pœnitentia incipit,& in pœnitentiæ veræ ſeria exercitatione ſpectatur; eademq́. doctrina grauiſſimas pœnas ex Dei iudicio minatur iis,qui Euangelij legi nõ parent. Legem autem Euangelij hoc loco dicimus conditiones illas poſtulatas ab iis qui læti huius nuntij re ipſa & veritate atque vſu participes eſſe cupierint;aliàs enim ſine pœnitentia & præceptorum Dei obſeruantia non modò diuina promiſſa obtineri non poſſunt, ſed indignatio,ira, & vltio Dei certiſſimè exſpectanda eſt. In flamma 2.Theſ 1.
" ignis dantis vindictam iis qui non
" nouerunt Deum, & qui nõ obe-
" diunt Euangelio Domini noſtri
" Ieſu Chriſti,qui pœnas dabunt in
" interitu æternas à facie Domini

„ & à gloria virtutis eius, cùm ve-
„ nerit, glorificari in ſanctis ſuis, &
„ admirabilis fieri in omnibus qui
„ crediderunt.

Nuptialis veſtis. Conſtat itaq. eam nuptialem veſtem quam vnumquemque ad nuptias vocatum, & in ſacrum illud conuiuium admitti ac recipi cupientem, indutum eſſe deceat & oporteat, pœnitentia & diuinorum pręceptorum obſeruantia definiri; eamq́ue iam indicatam declaratamq́ue eſſe à rege ipſo, conuiuiiq́ue domino ac magiſtro, qui, miniſtris ſuis ad inuitandos conuiuas miſſis, id explicandum & prædicẽdum mandabat,
Matth. 28. dicens: Euntes ergo docete om-
„ nes gentes, baptizantes eos in no-
„ mine patris & filij & Spiritus ſan-
„ cti: docentes eos ſeruare omnia
„ quæcumque mandaui vobis: id

eſt

eſt pœnitentiam, & diuinorum præceptorum ſtudium & obſeruantiam; quod ipſius magiſtri expoſitione apertiſſimè declaratum eſt, qui cùm Euangeliſtæ munus obiret & exerceret, publicè prædicabat: Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnũ Dei; Pœnitemini & credite Euangelio. Marc. 1.

Huius rei exemplum in Abraham apertiſſimũ ſpectatur, quem Deus tamquam exemplar quoddam ſtatuit electionis à ſe benigniſſimè ac liberaliſſimè factæ, atque ſenſibilium ac terrenarum rerum imagine totius huius maximi myſterij rationem ſummam expoſuit. ita autem egit, vt quæ illi verè atque certo vſu contigere, eadẽ illorum, quæ ad nos pertinerent, ſpiritualium bonorum

vmbram quandam atque imita-
,, tionem exhiberent; S.S.E. Omnia
,, in figura contingebant illis: ſcri-
,, pta autem ſunt propter nos, ad
,, quos fines ſæculorum deuenere.
Abraham primùm vocatus vo-
canti ſeſe, atque promitten-
,, ti; Et faciam te in gentem ma-
gnam; credidit Deo, inquam, qui
,, vocat ea quæ non ſunt, tamquam
ea quæ ſunt: atque electioni huic
diuinæ de ſe factæ fidem habuit,
intelligens gratiſſimum fore Deo
obſequium, ſi quis electionem il-
lius libenter ſtudioſeque ſequa-
tur, diſciplinamque ſine dubita-
tione ſalutarem ſubeat, vtpote
profectam ab eo; qui cùm ſum-
mum bonum maximumque ſit,
ſua ſponte ſeſe ſuaque dona iis
donare velit, qui ipſi crediderint
& obedierint: cùm autem ab eo-
dem,

dem, à quo promiſſum acceperat, iuſſus etiam eſſet egredi de terra ſua & de cognatione ſua, & de domo patris ſui; obediuit, egreſſuſque eſt; atque eas commoditates reliquit, quæ ab iis qui mundi huius mores ſequuntur, in patria cognatione atque paterna domo parantur; ſiquidem patria conſuetudinem & audaciam, paterna domus, diuitias familiaremq; rem, cognatio verò opes ſuppeditat iis, qui ad cupiditatis & ambitionis leges & normas viuere inſtituunt. Egreſſus itaque Abrahá, " ſicut præceperat ei Dominus, pa- " triam, cognationem, & patris ſui " domum reliquit, atque peregri- " nus & hoſpes in terra aliena eſſe optauit vocantis Dei iuſſum ſecutus. Scimus autem aduenis & peregrinis neque eam mentem

eſſe, neq. eam facultatem & copiam, neque audaciam, vt in deliciis atque ambitione verſentur interim, dum aduenarum & peregrinorum rationes cogitant & ſeruant; hoc eſt, dum intelligunt, ſibiq́ue illud ſtatuunt, non eſſe eam ſibi patriam vel quietis ſedē, ſed breuis temporis hoſpitium ſibi relinquendum, in aliū locum tendentibus commodiorem futurum, vbi obtineri contigerit. Atqui Abraham vocatus & iuſſus è patria exire, & in terram ſibi monſtrandam concedere, non tantùm fide vſus eſt, ſed etiam vera obedientia, atque actione & opere: verè enim reliquit patriā, cognationem & paternam domum, non ſolùm bona voluntate, aut ſermone & oratione; nec enim dixit, faciā, aut facere cupio,

&

& non fecit; ſed reapſe fecit quod iuſſus erat: & hoc modo credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam; non ſolum quòd credidit, ſed quòd credens obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem: & exiit neſciens quò iret. Et quòd fide demoratus eſt in terra repromiſſionis, tamquam in aliena in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob coheredibus repromiſſionis eiuſdem. Hoc autem exemplo quicumq. ad cæleſtium promiſſorum dona & beneficia vocatus eſt, atque promittenti credens placere vult, rataque ſibi promiſſa cupit, non ſolùm fide, voluntate & voto, ſed facto etiam & ſtudio omni mundanæ corruptioni, deliciis, ambitioni, cupiditatibus, & vitiis ceteris nuntium

Heb. 11.

remittere, atq. id quod cùm baptizaretur in ſe recepit, coramq́. ſanctiſſima Trinitate, in quam ſeſe credere confeſſus eſt, promiſit, & ſacerdote, teſtibus, ac fidei iuſſoribus pręſentibus affirmauit, præſtare debet gratia præeunte vocantis cui ſeſe tradidit, in cuiuſq́ue nomine baptizatus eſt, hoc eſt in nomine patris & filij & Spiritus ſancti; quam gratiam purè & ſanctè poſtulatam & petitã, nemini ex parte donantis defuturam eſſe, iam oſtendimus: Ignem
" veni mittere in terram; & quid
" volo niſi vt ardeat? Affirmauerat autem ſe abrenuntiare Satanæ & omnibus pompis eius, & omnibus operibus eius. Opera autem & pompas Satanæ eſſe ambitionem, auaritiam, ſiue cupiditatẽ, & carnis delicias atque voluptates,

tes, hoc eſt, mundi mores & corruptiones, ex quibus vitia omnia & peccata naſcuntur, fouentur, & creſcunt, Apoſtolica doctrina exponit. qua de re ſcriptum eſt: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo. Quoniá omne quod eſt in mundo, concupiſcẽtia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et Iacobus Apoſtolus: Adulteri, inquit, neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicumq. ergo voluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus Dei conſtituitur. An putatis quia inaniter dicat ſcriptura: Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in vobis? Hoc igitur pacto, hoc eſt

1. Ioan. 2

Iacobi 4.

non ſolùm fide & ſermonibus, ſed etiam actionibus atque ſtudiis & factis renuntiare oportet ambitioni, cupiditati atque deliciis: neque enim virtus verba ſunt, ſed facta. quamobrem ait Paulus: Si quis emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem vtile Domino, & ad omne opus bonum paratum. Atq. D. Petrus ad Abra-
1.Pet.2. hami imaginem ſermonem referens monebat: Chariſſimi, obſecro vos tamquam aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam, conuerſationem veſtram inter gentes habẽtes bonam; vt in eo quod detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. Itaq. fides illa quę in

in Abrahamo laudatur & commendatur, non fuit otioſa aut mortua, ſed viua fides, charitati coniuncta, & obedientia exercita atque probatiſſima; ideoque reputatum eſt illi ad iuſtitiam, quia verè exiit de terra cognationeque ſua, & de domo paterna, vereq. obediuit in locum exire: atque pœnitentiæ viuum exemplum in figura illa ſtatuit. quod etiã Moſes imitatus grandior factus, recuſauit dici filius filiæ Pharaonis, Heb. 11.
" magis eligens affligi cum populo
" Dei, quàm tẽporalis peccati ha-
" bere iucunditatem, maiores deli-
" cias æſtimans theſauro Ægyptio-
" rum improperium Chriſti. Fide
" reliquit Ægyptum, non veritus
" animoſitatẽ regis; inuiſibile enim
" tamquam videns ſuſtinuit. Factis
" itaque & non dictis tantum, aut
otioſa

otioſa fidei iactatione exhibere ſeſe Deo obtemperantem vnumquemque oportet, & pœnitentiæ fructus ſeriò facere atque præſtare: id quod in baptiſmo ſacro promiſſum eſt. id autem quomodo præſtatur ab iis qui numquam à peccato diſcedunt? aut ſi diſcedunt, ad tempus per ſacramentũ pœnitentiæ ad id diſcedunt, vt rurſus iiſdem aut peioribus flagitiis & vitiis implicentur, cùm tamen in pœnitentiæ ſacramento & ſatisfactionem & vitæ correctionem toties promittant; quam ſi aliquando incipiunt, breui deſerunt, & ad mores natura recurrit dánatos fixa & mutari neſcia,
„ vt ille aiebat. Non qui inceperit,
„ ſed qui perſeuerauerit vſque in
Eſai. 1. finem, hic ſaluus erit. Væ duplici
„ corde, & ingredienti terram dua-
bus

bus viis. Lauamini, mundi eſtote, ‹‹
auferte malum cogitationum ve- ‹‹
ſtrarum ab oculis meis: quieſcite ‹‹
peruerſè agere, diſcite beneface- ‹‹
re. Subuenite oppreſſo, iudicate ‹‹
pupillo, defendite viduam: & ve- ‹‹
nite, & arguite me, dicit Domi- ‹‹
nus. Si fuerint peccata veſtra vt ‹‹
coccinum, quaſi nix dealbabun- ‹‹
tur: & ſi fuerint rubra ſicut ver- ‹‹
miculus, quaſi lana alba erunt. ‹‹
Quieſcite peruerſè agere, diſcite benefacere, inquit Deus, qui Chriſtianę ſimplicitatis & ſanctitatis, atque pietatis initia illa illuſtriſſima cum progreſſu & corruptione morum, ac totius virtutis ac pœnitentiæ, virtutis inquam pœnitentiæ defectu conferens, ſub imagine antiqui illius populi deplorans, aiebat: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,

plena

„ plena iudicij, iuſtitia habitauit in
„ ea, nunc autem homicidæ. Ar-
„ gentum tuum verſum eſt in ſco-
„ riam, vinum tuum mixtum eſt
„ aqua. Principes tui infideles, ſocij
„ furum, omnes diligunt munera,
„ ſequuntur retributiones, pupillo
non iudicant, cauſſa viduæ non
deſcendit ad eos. atque huiuſmodi fides cum obedientia & pœnitentia coniuncta, illa fides eſt per quam homines Dei promiſſa beneficia benignè præſtita obtinēt: fides inquam non otioſa & mortua, ſed quæ per dilectionem operatur, & iis quæ à Deo dicta ſunt verbis credit & obtemperat, faceſſitq́. quidquid eſt imperatum, nullaq́. rerum aut actionum difficultate abſterretur, immo heroicas actiones obit cùm iuſſa eſt, & conficit atque expedit; S. S. E.

Fide

Fide tranſierunt mare rubrum "
tamquam per aridā terram;quod "
experti Ægyptij deuorati ſunt. "
Fide muri Iericho corruerunt "
circuitu dierum ſeptem. Fide "
Rahab meretrix non periit cum "
incredulis excipiens exploratores "
cum pace. Et quid adhuc dicam? "
deficiet me tempus enarrantem "
de Gedeon,Barac, Samſon,Ieph- "
the,Dauid,Samuel,& prophetis, "
qui per fidem deuicerunt regna, "
operati ſunt iuſtitiam,adepti ſunt "
repromiſſiones,obturauerunt ora "
leonum , extinxerunt impetum "
ignis,effugauerunt aciem gladij, "
conualuerunt de infirmitate,for- "
tes facti ſunt in bello , caſtra ver- "
terunt exterorum. Acceperunt "
mulieres de reſurrectione mor- "
tuos ſuos. Atque ita omnium ho- "
rum viua fides teſtimoniis ma- "
gnorum

gnorum operum oſtenſa eſt, vtpote quorum cura ſtudiumq́ue erat non fidei otioſæ profeſſione tantum, ſed viuentis & operantis fidei obedientia atque exercitatione ſeſe à Deo probare, nihilq́. prętermittere quod pietatis cauſſa facere iuberentur, nihilq́. rurſus admittere quod pietatis obedientiæq́ue nomine vitare & cauere docerentur, potiuſq́ue omnia incommoda atque damna ad necem & ignominiam vſq. pati, quàm ea violare, quæ ſibi obſeruanda diuino conſilio atque verbo decreta vel tradita eſſent. Itaque hi etiam pœnitentiæ virtutis exercitandæ imaginem ſuis exẽplis ad poſteritatem tranſmiſere, ſicut ſcriptum eſt: Alij autem diſ-
» tenti ſunt, non ſuſcipientes re-
» demptionem, vt meliorem inue-

nirent

nirent reſurrectionem. Alij verò „ ludibria & verbera experti, inſu- „ per & vincula & carceres, lapida- „ ti ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in „ occiſione gladij mortui ſunt, cir- „ cuierunt in melotis & in pellibus „ caprinis, egentes, anguſtiati, affli- „ cti, quibus dignus non erat mun- „ dus: in ſolitudinibus errantes, in „ ſpeluncis & in cauernis terræ. Et „ hi omnes teſtimonio fidei proba- „ ti, non acceperunt repromiſſio- „ nem Deo pro nobis melius ali- „ quid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur. Teſtimonium fidei vocat Apoſtolus opera à ſanctis facta atque obedientiæ exercitationem, tum iis ſubeundis, quæ adiri, ſubiri atque agi iuberentur, tum iis declinandis & fugiendis, quæ fieri prohiberentur; & tamē nō adeptos fuiſſe

repromiſſionem, hoc eſt non ingreſſos fuiſſe regnum cælorum quod ante mortem & reſurrectionem Ieſu Chriſti nondum erat apertum; vt non conſummarentur ſine nobis qui venimus ad vndecimam horam, cùm illi aliis
Matth. 20. atque aliis horis ante nos veniſſent, & diei atque æſtus pondus portaſſent, operaſque ſuas in vinea diligenter poſuiſſent. & tamẽ nobis, quibus vndecima hora in vineam Domini vocatis, merces primum exoluenda deſtinata eſt, otioſis & negligentibus numerabitur? minimè profectò: namq. nõ vt otioſi eſſent operarij illi vocati ſunt, immo potius reprehenſi, quòd totã ferè diẽ otioſam & inertẽ trãſegiſſent. Quid, inquit paterfamiliâs, ſtatis hic tota die otioſi? otioſi autẽ dicuntur qui

qui nihil operis, nihil negotij habent : atque verbum Græcum ab Euangeliſta vſurpatum ἀεργοὶ, rem hanc apertè declarat.

Igitur non ad otioſam tantùm fidem vocati ſunt ij qui ad vndecimam delecti in vineam mittebantur, ſed ad exercēdam viuam fidem in obedientia vocantis, ponendamq́. in vinea operam non ſecus atque ij qui ante ipſos vocati fuerant, quorum fides variis operis & laboribus exercita & cōprobata fuit. id quod ipſorum, qui primi venerant, teſtimonio in illuſtriſſima illa parabola edito conſtat; qui nouiſſimos illos vna hora feciſſe affirmabant. non dicebant illa hora vocatos in vinea otioſos tranſegiſſe, ſed feciſſe: ſatis autem maguæ gratiæ & benignitatis fuit à patrefamiliâs illis

exhibitæ, vt minori & leuiori labore diei & æſtus pondere portando excepti, primi omniũ mercedem tulerint eximio Domini beneficio nouiſſimis ſicut & primis dare volentis.

Igitur ex his quæ iam expoſuimus, manifeſtum fit, fidem imputatiuam tantùm & promiſſa Dei apprehendentem atque aliàs otioſam non eſſe eam, quã Deus exigat ab iis, quos ad cælorum regni communionem atque promiſſæ hereditatis poſſeſſionem vocat, ſed fidem viuam & fideles ipſos exercentem in obedientia atque obſeruatione eorum quæ à vocante præcipiuntur. vt enim non ſatis eſt apprehendere promiſſa ipſa per ſolam fidem, niſi re & vſu poſſideantur; ſic non ſatis eſt vocationi per ſolam fidem reſpondere,

ſpondere, niſi etiam vocanti pareatur. Quis enim dicat ſatis ſibi eſſe fide, hoc eſt credẽdo, ingredi in regnum Dei, quamquam nũquam re ipſa poſſeſſione & vſu regno Dei frui contingat? An ne ita cum Iſraëlitis & cum poſteritate Abrahę actum eſt, vt promiſſa per fidem ipſis apprehenſa nũquam tamẽ fuerint præſtita? minimè. immo verè promiſſa terrena præſtita ſunt, ab illiſque poſſeſſa Dei beneficio, cui credentes obedierant. verè enim Abraham factus eſt in gentem magnam, atque ex vno Iſaac, in quo ſemen illi vocari Deus voluit, tãtus propagatus eſt populus, vt Moſes confeſſus fuerit: Non poſſum ſolus ſuſtinere vos, quia Dominus Deus veſter multiplicauit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli, plu- Deut. 1.

 rimi.

» rimi. Dominus Deus patrum ve-
» ſtrorum addat ad hũc numerum
» multa millia, & benedicat vobis
» ſicut locutus eſt. Verè populus ex
Ægypto eductus, qui fidem atq.
obediẽtiam ſanctam obſeruauit,
promiſſam Chananæorum terrã
obtinuit & poſſedit; ſicut ſcriptũ
Ioſue 1. eſt: Surge & tranſi Iordanẽ iſtum
» tu & omnis populus tecum in
» terram quã ego dabo filiis Iſraël.
» Omnem locum quem calcauerit
» veſtigium pedis veſtri, vobis tra-
» dam, ſicut locutus ſum Moyſi, à
» deſerto & Libano vſque ad flu-
» uium magnum Euphratem; om-
» nis terra Hethæorum vſque ad
» mare magnum contra Solis occa-
» ſum erit terminus veſter. Hæc
» omnia non multo pòſt tempore
» conceſſa & tradita illis confirma-
» bat Deus. Dedi vobis terram in

qua

qua non laboraſtis, & vrbes quas “
non ædificaſtis, vt habitaretis in “
eis; vineas & oliueta quæ non “
plantaſtis. Verè etiam Dauid regni obtinendi promiſſo fidem
habens difficillima tempora peri- “
culaque & ſubiuit & ſuperauit, “
tandemque regnum adeptus ce- “
cinit: Credidi propter quod locu- Pſal. 125
tus ſum; ego autem humiliatus “
ſum nimis. Ego dixi in exceſſu “
meo, omnis homo mẽdax. Quid “
retribuam Domino pro omnibus “
quæ retribuit mihi, &c. Itaque “
illi antiqui omnes terrena promiſſa non tantum apprehenderunt credentes, ſed reuera conſecuti ſunt ex Dei promittentis beneficio, qui credentibus & obedientibus præſtiturum ſeſe fuerat pollicitus: atque ideò etiam non tantùm fide, atque ſermone, ver-

biſq́ue obedierunt præcipienti, ſed pręcepta & mandata ſibi omni cura, ſtudio & officio, & ſumma pietatis exercitatione fecerūt; neque vllus ex illis qui promiſſa obtinere optabat atque ſtudebat, ſatis ſibi eſſe vel dixit vel duxit, quòd patres ipſius vel maiores vel amici obediiſſent mãdatis ac iuſſis Dei, niſi & ipſe etiam ſuum officium faceret, atque penſum ſuũ in legis ac mandatorum obſeruantia expediret. Abraham ipſe vocatus exiuit. Dauid in regem vnctus, promiſſoq́ue regni obtinendi inſtructus fidem habens omnia illa egit, fecit & pertulit, quæ admirantes legimus. Sic etiã vt ad noſtras redeamus partes, & nos, ſi promiſſorum ſpiritualium verè atque re ipſa & poſſeſſione compotes eſſe optamus, vt optare

debemus,

debemus, ſi nos verè amamus, beatitudinemque ſummam expetimus; debemus non fidem tãtummodo promiſſis, ſed obſequium atque pietatem officiis quæ nobis impoſita ſunt, faciendis præſtare: neque ſatis eſſe putare, vt credamus Chriſtum pro nobis legem expleuiſſe omnem; niſi credentes in Chriſtum nos etiam eam legis partẽ, quæ ad nos pertinet, ſubeamus, præceptorũ videlicet & mandatorum in decalogo, in quo diuinæ voluntatis ac naturæ legis ſumma eſt, & quidquid ex hac ſumma deducitur & rectè exponitur; atque ita legem obſeruare, vt non auditores tantùm, aut lectores, non interpretes & explicatores, ſed potius factores dicamur, atque illis perſimiles efficiamur, de quibus

Lucæ 1. ſcriptum eſt: Erant autem iuſti
" ambo ante Deum, incedentes
" in omnibus mandatis, & iuſti-
" ficationibus legis ſine quercla.
Rom. 2. Non enim auditores legis iuſti
" ſunt apud Deum, ſed factores
" legis iuſtificabuntur. Igitur qui-
" cumque ad filij Dei nuptias vo-
" catus, vocanti fidem habens, probare ſeſe cupierit, & conuiuij particeps eſſe voluerit; intelligat primum oportet, nihil illum latere qui occulta cordis & renum nouit, cogitationeſque hominum à longè cognouit. quã obrem veræ atque legitimæ pœnitentiæ ſtudium induat, & antè áctæ vitæ malæ, atque omnium vitiorum pertæſus, contrito & humiliato corde pœnitentiæ primum ſacramẽtum purè ſanctéque ineat, atque Deo

ſeſe

ſeſe reum ſtatuens , coram Ec-
cleſia , miniſtris inquam Eccle-
ſiæ ex more atque præcepto ſua
vitia faſſus , conſiliis , monitis &
præceptis , quibus piè inſtruc-
tur, pareat, vitiorum atque ſcele-
rum fugam, quam Deo Deiqúe
miniſtro teſti, atque in terris Ec-
cleſiaſtico iudici pollicetur, præ-
ſtet; abſolutione item eccleſiaſti-
ca potitus, ſeriò omni conſilio, co-
natu, ſtudio ab illa turpi & iniqua
vitæ conuerſatione, ab impuris
cogitationibus, ab omni malitiæ
conſuetudine, à prauis & impro-
bandis moribus (ſi bene pœnitet)
auertatur; atque deinceps poſtha-
bita, negle&#x1d;cta, victaque omni am-
bitionis, auaritiæ, cupiditatis, vo-
luptatum, atque deliciarum ter-
renarum, quæcumque à Deo a-
uertere poſſunt & ſolent, cogita-
tione

tione rectum iter ingreſſus conſtanter teneat, Deumque frequẽtibus precibus oret, appellet, atq. ſibi propitium, benignum, fauſtumque poſtulet; habiturus & experturus miſericordem & prouidentiſſimum erga ſe, ſi purè, ſanctè, & ſtudioſè poſtularit: hæc enim ab eodem dictata, expoſita & promiſſa ſunt peccatoribus cunctis, quorum non mortem, ſed pœnitentiam & vitam ille

Hier. 3. vult & optat. Conuertimini filij
» reuertentes, & ſanabo auerſiones
Hier. 4. veſtras. &: Si reuerteris Iſraël, ait
» Dominus, ad me reuertere: ſi abſ-
» tuleris offendicula tua à facie
Hier. 29 mea, non commoueberis. Laua à
» malitia cor tuum Ieruſalem, vt
» ſalua fias: vſquequò morabuntur
» in te cogitationes noxiæ? Ego ſcio
» cogitationes quas ego cogito ſu-

per

per vos, ait Dominus; cogitatio- "
nes pacis, & non afflictionis, vt "
dem vobis finem & patientiam. "
Et inuocabitis me, & ibitis, & o- "
rabitis me; & ego exaudiam vos. "
Quæretis me, & inuenietis; cùm "
quæſieritis me in toto corde ve- "
ſtro, & inueniar à vobis, ait Do- "
minus. Idem etiam apud alium Ioelis 2.
prophetam ait: Conuertimini ad "
me in toto corde veſtro, in ieiu- "
nio, & in fletu, & in planctu. Et "
ſcindite corda veſtra, & non ve- "
ſtimenta veſtra; & conuertimini "
ad Dominum Deum veſtrum, "
quia benignus & miſericors eſt, "
patiens & multæ miſericordiæ, & "
præſtabilis ſuper malitia. Verùm "
enimuerò illud ſemper memi-
niſſe oportet, atque valde obſer-
uare, attenteque agere, ne ante-
cedentis veniæ fide ſecuri, &

ſemper expoſitæ miſericordiæ diuinæ expectatione importuna fidentes, numquam quieſcamus peruerſè agere, nec benefacere diſcamus. Non enim huiuſmodi diuinæ clementiæ ac miſericordiæ vſus, ſed abuſus hominibus vocabitur. Eſt quidem æterna ac perpetua Dei miſericordia à generatione in generationes; verùm ſuper timentes eum. Et
Pſal. 85. " audiam, inquit vates, quid lo-
" quatur in me Dominus Deus,
" quoniam loquetur pacem in ple-
" bem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos,
" & in eos qui conuertuntur ad
Iſai. 30. " cor. Et Iſaias, Propterea, inquit,
" expectat Dominus, vt miſerea-
" tur veſtri. vt miſereatur ait exſpectare Dominum, non autem vt ij qui expectantur, peccata peccatis cumulent, & ad vomitum

tum ſubinde redeant ; ſed quia pollicitus eſt miſericordiam iis qui ex corde ad ſe ita conuerſi fuerint, vt illum amplius offendere vehementer horreant, & ſtudioſiſſimè caueant: aliàs verò, vt idem Iſaias ait, Ideo exaltabitur parcens vobis; quia Deus iudicij Dominus Deus iudicij eſt, qui promiſſam miſericordiã nulli opportunè quærenti negat, ſed & iis, qui nec recto nec firmo erga ipſum corde ſunt, conſtitutas pœnas nõ in æternum prorogat, ſed certo tempore irrogat. Nullũ apud Deum vacuũ miſericordia tẽpus eſt erga eos qui miſericordiam non impediunt; impediũt autem, qui ſecundum duritiam Rom. 2.
ſuam & impœnitens cor theſau-« rizant ſibi iram in die iræ. Ad« quem reſpiciam, dicit Dominus, Iſai. 6.
niſi«

„ niſi ad pauperculum & contri-
„ tum ſpiritu, & trementem ſer-
„ mones meos? ex cæteris enim
qui verè pauperculi, ſpiritu con-
triti, & ſermonum Dei tremen-
tes obſeruatores non ſunt, ſic pro-
nuntiauit:

„ Qui immolat bouem, quaſi
„ qui interficiat virum: qui ma-
„ ctat pecus, quaſi qui excerebrat
„ canem: qui offert oblationem,
„ quaſi qui ſanguinem ſuillum of-
„ ferat: qui recordatur thuris, qua-
„ ſi qui benedicat idolo. Hæc om-
„ nia elegerunt in viis ſuis, & in
„ abominationibus ſuis anima eo-
„ rum delectata eſt. oportet itaque
eos, qui ſeſe peccatis alligaue-
3. Reg. 8 runt (Non eſt enim homo qui
non peccet, ait Salomon) initam
pœnitentiæ viam conſtanter te-
nere, atque ſemetipſos abnegan-
tes,

tes, eum audire & ſequi, qui dixit: Non qui inceperit, ſed qui "
perſeuerauerit vſque in finem, "
hic ſaluus erit. oportet verè & ex "
animo in toto corde abrenuntia- "
tionem Satanæ, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius factam obſeruare: aliàs enim, Hæc dicit Dominus; Numquid, Iere. 8.
qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Auerſionem contentioſam eam dicit Deus, qua homines improbam vitæ conſuetudinem quamquam verbo aut cogitatione dãnauerint, tamen moribus retinent & vrgent, atque pœnitentiam falſo profeſſi, oreque iactantes, virtute & officio non præſtant, ſibi ipſi mentiti, ſeque

 ipſos

„ niſi ad pauperculum & contri-
„ tum ſpiritu, & trementem ſer-
„ mones meos? ex cæteris enim
qui verè pauperculi, ſpiritu contriti, & ſermonum Dei trementes obſeruatores non ſunt, ſic pronuntiauit:

„ Qui immolat bouem, quaſi
„ qui interficiat virum: qui ma-
„ ctat pecus, quaſi qui excerebrat
„ canem: qui offert oblationem,
„ quaſi qui ſanguinem ſuillum of-
„ ferat: qui recordatur thuris, qua-
„ ſi qui benedicat idolo. Hæc om-
„ nia elegerunt in viis ſuis, & in
„ abominationibus ſuis anima eo-
„ rum delectata eſt. oportet itaque
eos, qui ſeſe peccatis alligaue-
3. Reg. 8 runt (Non eſt enim homo qui non peccet, ait Salomon) initam pœnitentiæ viam conſtanter tenere, atque ſemetipſos abnegantes,

tes, eum audire & ſequi, qui dixit: Non qui inceperit, ſed qui "perſeuerauerit vſque in finem, "hic ſaluus erit. oportet verè & ex "animo in toto corde abrenuntia- "tionem Satanæ, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius factam obſeruare: aliàs enim, Hæc dicit Dominus; Numquid, Iere. 8. qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Auerſionem contentioſam eam dicit Deus, qua homines improbam vitæ conſuetudinem quamquam verbo aut cogitatione dãnauerint, tamen moribus retinent & vrgent, atque pœnitentiam falſo profeſſi, oreque iactantes, virtute & officio non præſtant, ſibi ipſi mentiti, ſeque

ipſos fallentes, non Deum, non Dei miniſtrum ſacerdotem, cui vitæ correctionem ſeriò ineundam promiſerunt: hoc eſt quod per eundem prophetam Deus inſimulat. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auſcultaui; nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum, quaſi equus impetu vadens ad prœlium. Expectat quidem Dominus vt miſereatur noſtri, & patienter agit, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. ad pœnitentiam reuerti ait Apoſtolus, vt qui ſciret pœnitentiam peccatoribus neceſſariam eſſe ad Dei iram placandam, & miſericor-
diam

diam conciliandam. Non eſſe
autem infinitam Dei expectatio-
nem, quamquam illius miſeri-
cordiam infinitam credamus &
confiteamur, manifeſtè nobis
Spiritus ſanctus oſtendit. Deus Pſal. 7.
iudex iuſtus, fortis, & patiens; "
numquid iraſcitur per ſingulos "
dies? Niſi conuerſi fueritis, gla- "
dium ſuum vibrauit, arcũ ſuum "
tetendit, & parauit illum. Et "
in eo parauit vaſa mortis, ſagit- "
tas ſuas ardentibus effecit. Ori-
ginali mundo propter peccatum
vaſtando ac perdendo certum ad
pœnitentiam tempus Deus præ-
ſcripſit; S. S. E. Non permanebit Gen. 6.
ſpiritus meus in homine in æter- "
num, quia caro eſt: eruntque "
dies illius centum viginti anno- "
rum. quibus peractis vniuerſum "
hominum genus diluuio obru- "

tum periit, vna excepta Noë familia, qui Dei iudicio illa ætate iuſtus inuentus eſt. Niniuitis dierum quadraginta tempus ſibi indicatum perituris & ſubuertendis pœnitentia non ad vltimum diem dilata, ſed ipſo auditæ cõminationis initio inſtituta, totum, inquam, illud tempus in diuina ira ieiuniis, precationibus, & ſupplicibus votis placanda, miſericordia imploranda, vita deinceps corrigenda, poſitum impenſumque fuit; S. S. E. Et cœpit Io-
Ion. 3.
„ nas introire ciuitatem itinere diei
„ vnius, & clamauit, & dixit: Ad-
„ huc quadraginta dies, & Nini-
„ ue ſubuertetur. Et crediderunt
„ viri Niniuitæ in Deum, & præ-
„ dicauerunt ieiunium, & veſtiti
„ ſunt ſaccis à maiori vſque ad mi-
„ norem: & peruenit verbum ad
regem

regem Niniue, & ſurrexit de ſo-"
lio ſuo, & abiecit veſtimentum "
ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, "
& ſedit in cinere. Et clamauit "
& dixit in Niniue ex ore Regis "
& principum eius, dicens: Ho- "
mines & iumenta & boues & "
pecora non guſtent quidquam, "
nec paſcantur, & aquam non "
bibant: & operiantur ſaccis ho- "
mines & iumenta, & clament "
ad Dominum in fortitudine, & "
conuertatur vir à via ſua mala, "
& ab iniquitate quæ eſt in ma- "
nibus eorum. Quis ſcit ſi con- "
uertatur & ignoſcat Deus, & "
reuertatur à furore iræ ſuæ, & "
non peribimus? Et vidit Deus "
opera eorum, quia conuerſi ſunt "
de via ſua mala, & miſertus eſt "
Deus ſuper malitia, quã locutus "
fuerat vt faceret eis, & non fecit. "

Viri Niniuitæ exurgent in iudicio contra eos qui non ſemel, ſed ſæpius admoniti à via ſua mala conuerſi non fuerint; vel qui pœnitentiæ ſeriæ negotium ad finem vſque vitæ ſuæ diſtulerint, interimque praue & peruerſè vixerint, mundi cupiditatibus, pompis, ambitionibus & vitiis operam dantes: cùm nemo tamen ſit qui ſibi ad extremum vſque vitæ diem pœnitentiæ exercitationem prorogatam eſſe dicere verè poſſit; ſed eodem die quo vocantur & admonentur, verè & ſeriò ad Deum
„ conuerti ſinguli iubeantur. Ho-
„ die, inquit Spiritus ſanctus, ſi
„ vocem eius audieritis, nolite
„ obdurare corda veſtra. Timea-
Heb. 4. mus ergo, inquit Apoſtolus, ne
„ fortè relicta pollicitatione intro-

eundi

eundi in requiem eius, exiſti-"
metur aliquis ex nobis deeſſe."
Etenim & nobis nuntiatum eſt,
quemadmodum & illis. Feſtine-
mus ergo ingredi in illam requiẽ:
non ingredietur autem qui non
obedierit vocanti; neq. coronabi-
tur niſi qui legitimè certauerit.
Scitis, inquit Paulus, quòd ij qui"
in agone contendunt, omnes qui-"
dem currunt, ſed vnus accipit"
brauium: ſic currite, vt compre-"
hendatis. currendum eſſe, non re-"
trocedendum; currendum eſſe"
non manendum, ait Apoſtolus;
currendum autem non lentè, ſed
legitimè; tantoque maiori ſtudio,
diligentia & cura, tanto maiore
obſeruantia, quanto præmiũ no-
bis propoſitum præmio illi piſeæ,
oliuæ, ſiue apij, ſiue quercinæ co-
ronæ præferendum anteponen-

dumq́ue eſt. quanto autem ſtudio, quantoq́ue labore exerceántur illi qui in ſtadio currunt, vt neque luxu diffluant, neque ſegnitie torpeſcant, ipſi qui de hac re ſcripſerunt, edocent.

Qui cupit optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecítque puer, ſudauit & alſit,
Abſtinuit Venere & vino, &c.

„ Et hi quidem vt corruptibi-
„ lem coronam accipiant (ait Pau-
„ lus) ab omnibus abſtinent: nos
„ autem incorruptam. Manifeſtum eſt autem diuinam expectationem ſingulorum ad pœnitentiam certis terminis eſſe circumſcriptam. Nemo enim eſt cui poſt mortem reditus ad pœnitentiam pateat, quamobrem

ante mortem vt pœnitentia fiat oportet. Atqui vitam breuem eſſe ipſa experientia docet, præterquam quod diuina ſapientia admonet ſæpiſſimè: Breues dies Iob 14.
" hominis ſunt, & numerus menſium eius apud te eſt. Vnde fit,
" vt diuina expectatio non vltra vi-
" tæ huius limites extendatur. Periculoſa verò admodum ſpes eſt, & quæ quamplurimos fefellerit eorum qui ad poſtremum vitæ tempus pœnitentiæ ſeriò exercendæ cogitationem differunt. Quippe cùm vitæ vſus hominis arbitrio & conſilio permiſſus ſit atque conceſſus, mortis verò deligendæ optio non ſit hominibus tradita; duplex enim vitæ ratio eſt, duplexque viuendi via; altera lata, anguſta altera: vtram magis quis velit deligere

permittitur, & vt meliorem tutioremque eligat non modò admonetur, ſed etiam iubetur; ſicut ſcriptum eſt: Conſidera
Deut. 30.
„ quòd hodie propoſuerim in con-
„ ſpectu tuo vitam & bonum, &
„ econtrario mortem & malum:
„ vt diligas Dominum Deũ tuum,
„ & ambules in viis eius, & cu-
„ ſtodias mandata illius & cerimo-
„ nias atque iudicia, & viuas, &c.
„ Elige ergo vitam, vt tu viuas &
„ ſemen tuum, & diligas Domi-
„ num Deum tuum, atque obe-
„ dias voci eius, & illi adhæreas.
„ ipſe enim vita tua & longitudo
„ dierum tuorum.

Hic numer' obſeruatur ex interpretatione verſus in Pſalmo.

At verò ex nongentis ac ſeptem mortis generibus quæ ſecluſa violentia accidere hominibus obſeruata ſunt; quod potiſſimũ quis experiri velit optare non

non hominis cuiuſque conſilio datum, ſed Dei prouidentiæ deſtinare vel permittere eſt reſeruatum. Magna verò amentia, ſtultitia ingens, periculoſaque inſania eſt, relictis iis quæ nobis integra, certa & expoſita, breuiſſimoq́ue numero contenta, eademq́ue præſentia atque in conſpectu propoſita ſunt; ad ea animum appellere, quæ longè ſemota, aliena, incerta, numero plurima & varia, eademq́ue difficillima ſunt. Deinde etiam quis non intelligit, quàm improbum ſit poſtulare, vt totius vitæ optatum & affectatum diſpendium vnius horulæ aut etiam breuiori compendio poſtulato ſarciatur? velle etiam curſus certaminis & ſtadij præmio atque honore donari eum, qui

Et Domini Domini exitus mortis.

neque

neque certarit neque cucurrerit, cùm tamen id facere & potuerit & debuerit? Denique cuiuſmodi conſilij, qualiſque iudicij ſit cupere improbè ac negligenter viuere, & ſanctè mori? Nos quidem quemadmodum alij de hac re ſentiant, non laboramus: periculoſiſſimam tamen huiuſmodi aleam eſſe ſentimus & cenſemus, eamque quampluri-mos fefelliſſe arbitramur. Si quis nobis vel peccatricis illius feminæ, vel latronis alterius exemplum opponat; idem ipſum nos ad verum confirmandum & libenter excipiemus, & rectiſſimè retorquebimus. Siquidem mulier illa, quæ in ciuitate peccatrix fuit, poſtquam Chriſtum Ieſum ſemel adiit atque miſericordem experta eſt,

per-

perpetua deinceps pœnitentiæ exercitatione ac vitæ ſanctitate propitium ſibi fauentemq́ue retinuit : tantum abeſt, vt nouis ſubinde peccatis atque improbitatibus abalienarit. Latro autem ille eodem tempore quo Chriſti veritatem edoctus eſt, pœnitentiam inchoauit ſeriam, quam ad vltimum vſque ſpiritum perſeueranti animo atque ſtudio produxit; producturus diutiſſimè (vti arbitramur) ſi vel mortem illo die euaſiſſet, vel diutiùs in cruce viuens pependiſſet: quem neque ſupplicij cruciatus ille communis, neque cruribus ſuffractis etiam auctior, à ſalutis ſuæ cogitatione, atque à Chriſti contemplatione abſtraxit. Ille autem (vti exiſtimamus) ſi antea Chriſti virtutem

& veritatem cognouiſſet, relicta improbæ vitæ conſuetudine totum ſe pœnitentiæ ſeriò agendæ tradidiſſet. Denique quidquid dicatur, illud certum compertumq́ue eſt, latronem cum Chriſti cognitione fidem concepiſſe maximam, culpam ſuam grauiſſimam agnouiſſe, antè actam vitam omnino fuiſſe deteſtatum, totum ſe ad ſalutis auctorem conuertiſſe, atque grauiſſimum cruciatum & mortem non ſolum patienti, ſed æquiſſimo animo toleraſſe, iuſtitiamq́ue laudaſſe diuinam, atque miſericordiam conſtanter imploraſſe, promiſſam ſibi firma ſpe atque perſeueranti ſtudio proſecutum, ac demum Chriſti promittentis beneficio fuiſſe aſſecutum. Huius latronis exemplum

quiſquis

quiſquis ad ſuam vtilitatem re-
ctè citare cogitarit, exactè imi-
tari atque ſequi debebit, vt cer-
tum ſibi tandem atque efficax
experiatur; ſimul atque cogno-
uerit Ieſum Chriſtum agnum
innocentiſſimum, peccata mun-
di tollentem, Dei filium morte
grauiſſima & ignominioſiſſima
pro mundi ſceleribus ac debitis
damnatum & affectum, ſeque
dignum qui ob ſua ſcelera in ea-
dem damnatione mortis eſſet,
atque gehennæ ignis adiudica-
retur. ita antè actam vitam mille
vitiis & flagitiis corruptam de-
teſtari debet, pœnitentiaque re-
ctiſſima ductus confiteri pecca-
ta ſua, miſericordiamque implo-
rare diuinam, atque ita cogita-
tione atque ſtudio ſeſe compa-
rare, ac ſi eodem ipſe die, quo
hæc

hæc cogitat, moriturus eſſet, vt ab eo qui verè inuocatus numquam defuit, audiat: Amen dico tibi, hodie mecum eris in pa-
„ radiſo: huiuſmodique concep-
„ tam cum fide ſpem atque vocationem per bona opera certam ſibi ex diuino beneficio faciat. Numquid latro poſtquam promiſſum illud accepit, ſi viuus relictus fuiſſet & curatus, tanti beneficij atque ſuæ ipſius ſalutis prorſus immemor, ad conſueta latrocinia rediret? vel opinione forſan concepta effuſiſſimæ facilitatis Ieſu Chriſti ſibi quotidie ad vomitum reuerteretur, ac deinde ad extremū diem, quo iterum captus, damnatus, & cruci ſuffixus moriturus neceſſariò eſſet, ſuam illam pœnitentiam demum repetendam reſer-

uaret?

uaret? Eſto, facillimus conſtituatur Chriſtus, vt re vera eſt (non tamen iis qui illudunt magis quàm ſeriò conuertantur) adeò autem facillimus, vt ſeptuagies ſepties ipſe homini peccatori ignoſcat ſeſe in veritate adeunti; qui diſcipulo ſuo idem vt faceret præcipiebat: quis tamen affirmet, ſibi quoties peccauerit, toties nouæ atque veræ pœnitentiæ expectationem pro animi ſententia longam conſtare? Quis hoc à Deo poſtulare audeat, vt liceat ſibi quoad vixerit, corruptè & improbè agere; nec tamẽ iamiam morituro, cùm neceſſitas moriendi acceſſerit, horulæ vnius ſpatium ad pœnitentiam deſit? Sed quid aliud optare videtur, qui ſerios pœnitentiæ fructus, hoc eſt verum vitiorum

cum ſuga odium, legitimum & efficax virtutum ſtudium ad extremum vitæ relegat diem? Eſtne hoc latronem imitari, aut peccatricem illam Mariam, aut Petrum? qui poſtquam in ſeſe rediens peccatum ſuum agnouit, turbam illam fugiens, cuius conſortio & ſermonibus in crimen inductus ac pæne impulſus fuerat, egreſſus foras fleuit amarè, neque amplius ad eos rediit qui peccandi anſam ſibi præbuerant, neque à condiſcipulorum conſortio ſeparatus eſt, quos & exemplo ſuo & ſermone in reſurrectionis magiſtri ſui ſpe confirmauit: id videlicet agens quod à præceptore iuſſus fuerat: Et tu
" aliquando conuerſus, confirma
" fratres tuos.

Huiuſmodi ſunt pœnitentiæ

Deo

Deo gratiſſimæ,& hominibus vtiliſſimæ exempla, quæ qui verè & ſeriò ad ſuam ſalutem imitari voluerit, mundo atque mundi corruptelis & pompis, ſibiq́. ipſi, hoc eſt concupiſcentiis ſuis, renuntiare debet, aliamq́ue vitam, alios mores Deo probandos inire, exercere, vrgere; cruceq́. ſua ſublata, Chriſtum ſumma fide ac diligenti obedientia ſequi, impedimenta omnia remouere, quæ iter facientem auertere aut retardare poſſint: perpetuoq́ue illud cogitare, quod ſeriò agendum Dominus commẽdauit: Qui vult venire poſt me, « abneget ſemetipſum, & tollat « crucem ſuam, & ſequatur me. « Et non qui inceperit tantum, ſed « qui perſeuerauerit vſque in finem, « hic ſaluus erit. Et nemo «

mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retrorſum, aptus eſt regno Dei. Qui habet aures audiendi, audiat; Deus neminem fallit. caueat igitur vnuſquiſque ne ſeipſum fallat, néve ab alio falli ſe ſinat. Hæc via certa, regia atque tuta eſt; quæque boni euentus promiſſum habet; Pœnitentiam videlicet, quá primùm inire, initam ſedulò agere, agendo ad finem vſque tenere ac perſequi. Hæc numquam fefellit via; quam quicumque legitimè tenuerit, ſalute obtenta certiſſimam eſſe comprobabit; S. S. E.
Pſal. 68. Quærite Dominum, & viuet anima veſtra. Quærite Dominũ,
Pſal. 104 „ & confirmamini; quærite faciem „ eius ſemper. Qui ſemper faciem eius quæſierit, quocumque modo, quocumque exitu vitam hanc

hanc mortalem clauſerit, tamen anima eius viuet: Quia non de- „ reliquiſti quærentes te Domine. „ Ignobilis & obſcura oculis hominum fuit Lazari mors, diuitis verò & mors non fuit obſcura; & funus vita functo paratum celebre fuiſſe Christus teſtatur: Mortuus eſt & diues, & ſepultus „ eſt: at verò illius anima in Abra- „ hæ ſinum recepta, huius verò in infernum detruſa eſt. Quamobrem ij qui pœnitentiæ rectè ineundæ curam vel numquam ſuſcipiunt, vel ad extremam mortis horam relegant, vel ſæpe in vita initam perſæpe deſerunt; videant quo conſilio, quo iudicio id faciant, quo diuino promiſſo nitantur; namque huiuſmodi votum nos ipſis non mandamus, & an à Deo ſibi ex animi

Pſal.118 ſententia concedendum ſit dubitamus; s. s. E. Spreuiſti omnes „ diſcedentes à iudiciis tuis, quia „ iniuſta cogitatio eorum. Præua„ ricantes reputaui omnes pecca„ tores terræ. Nulla in ſacra, quam „ profitemur, diſciplina certa hactenus nobis conſtitit ſententia, quæ vel vitę ſtudiorum correctionem ad extremum vſque diem differendā docuerit, vel differentibus bonum & certum ſucceſſum promiſerit; immo de huiuſmodi pœnitentiæ ſeriæ ad mortis diem dilatoribus Auguſtinus dubitare ſeſe ait, & nos maximè cum Auguſtino dubitamus. Væ „ peccatoribus & ingredientibus „ terram duplici via. væ multis quibus conceſſa & oblata eſt opportunitas & commoditas corrigendæ vitæ, & integra facultas viuentibus

uentibus conſtitit, quibuſque à Deo expectatis, & tamen propoſitum malum vrgentibus cùm poſtea pœnitentiæ ſera voluntas acceſſerit, irrita ob ipſorum culpam erit. Permulta quotidie huius generis eduntur exempla improborum hominum, qui ſine pœnitentia moriuntur; alij repentina morte ſublati, alij occiſi, alij in mari ſubmerſi, alij in bellis trucidati, alij cælo tacti, alij aliis modis extincti: quibus fortaſſe ſi diuturnior vita eſſet conceſſa, pœnitentiæ ſtudium ſedulò ſuſciperetur; ſed aliud Dei iudicio viſum & decretum eſt, qui cùm ad reuocandos peccatores quod ſatis eſt fecerit ſemper, id quod eſt ſuper, non ſolet ſemper addere. Tyrum & Sidonem ſi Deus tot ſignis & virtutibus prouocaſſet,

Matth. 11. uocaſſet, quot Corozaim & Beth-
,, ſaida prouocauit; in cilicio & ci-
,, nere pœnitentiam acturas ſcie-
bat. Sodomorum terram etiam propter pœnitentię ſtudium permanſuram nouerat, ſi pares iis quas Capharnaum ſpectauit, ſpectare etiam virtutes contingeret. verùm id quod ſatis eſſet cùm præſtitiſſet locis illis Deus, id quod vlterius ac pluſquam ſatis foret, iuſtiſſimo iudicio cumulare noluit. Quotus autem quiſque fuit ex iis quos improbam vitam viuere & vrgere iuuerit, cui quãuis bonam voluntatém bonumq́ue rectè moriendi propoſitum profeſſo mortis optatus modus contigerit, & vitæ finis beatiſſimus ac feliciſſimus fuerit? non humani optati, ſed diuini conſilij eſt, quali quiſque exitu vitam

tam claudat; s. s. e. Deus no- Psal. 67.
ſter Deus ſaluos faciendi, & Do- “
mini Domini exitus mortis. Ve- “
rumtamen Deus confringet ca- “
pita inimicorum ſuorum, verti- “
cem capilli perambulantium in “
delictis ſuis. Illud verò certiſſi-
mum valdeque horrendum eſt,
quod diuino oraculo pronuntia-
tum legimus: Mors peccatorum
peſſima, & qui oderunt iuſtum, “ Pſal. 33.
delinquent. Illud etiam ma- “
gnæ promiſſionis atque ſpei ple- “
niſſimum, memoria perpetuo te-
nendum, atque ſummo ſtudio
curandum, quod rurſum de iis
ſcriptum legimus quibus pietas
cordi eſt, & pœnitentis vitæ exer-
citatio placet. Redimet Domi-
nus animas ſeruorum ſuorum, & “
non delinquent omnes qui ſpe- “
rant in eum. Verùm age videa- “

mus, quonam conſilio homines à pœnitentiæ fructibus edendis, ad ruſticum illũ & incultum vitiorum vſum deſciſcunt; & tamen ſibi bonum tandem finem contingere optant & poſtulant? nimirum aurum, gemmas, & pretioſiſſima omnia turpiſſimis & fœdiſſimis rebus commutant, regnum & libertatem ſeruituti poſtponunt: Veram voluptatem dolori ac faſtidio poſthabent, honorem verum, certum & perpetuum ignominiæ, probri ac turpitudinis; diuitias veras turpiſſimæ egeſtatis; veritatem denique ipſam vanitatis cauſſa reiiciunt. qui huiuſmodi iudiciis atque conſiliis imbuti & præditi, atque adeò conſtanter inſtructi ſunt, cuiúſnam notę apud Deum erunt? certè apud ſapientes homines

mines ſtultiſſimi & corruptiſſimi iure habentur. Quanto illud & ſapientiùs cogitatur, & rectiùs initur, & meliùs agitur, & faciliùs ac certiùs ex Dei beneficio obtinetur, & vtiliùs abſoluitur; vt videlicet eo modo quis viuat, quo mori optaret & vellet! Nos ſæpiſſimè à cõdiſcipulis rogati, quãnam rationem ineundam exiſtimaremus ad bene moriendum; illud ſemper reſponſi in promptu habuimus, vt bene moriamur, rectè eſſe viuendum. Oportet autem tot iam lectis & conſpectis hominum, qui ſine pœnitentia deceſſerunt, exemplis vti atque frui eos, qui ſibi ad ſalutem optimè conſultum volunt. namque ipſa rerum ſapiens exiſtimatio & cogitatio vitæ probitatem, ſanctitatem & innocentiam homine,

mine, qua homo, quaque rationis capax, diuiniq́ue luminis particeps eſt, digniſſimam eſſe demonſtrat; contrà verò turpitudinem, ambitionem, luxuriam, ceteraſq́ue actionum improbitates indigniſſimas oſtendit: nedum Chriſtianos hæc ratio omnis maximè ſpectet, quos præter ceteros mortales humanarum diuinarumq́ue rerum, atque verę hominum beatitatis cognitione auctos Deus eſſe voluit; & verbi ſui manifeſtis præceptis & inſtitutis inſtruxit, ita vt non fecerit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauerit eis. qui ſi minus hanc maximam & præcipuam rationem ſequantur, at illam ſaltem ſequi debebunt, vt alienis periculis ſapiant, intelligantq́ue multorum ſine pœnitentia pereuntium

cuntium exempla ad ſe pertinere, quos Deus noſter totius miſericordiæ pater, huiuſmodi exemplis admoneri, ſibiq́ue cauere voluerit; S. S. E. Aderant autem Luc. 13.
quidam ipſo tempore nuntiantes "
illi de Galilæis, quorum ſangui- "
nem Pilatus miſcuit cum ſacrifi- "
ciis eorum. Et reſpondens dixit "
illis: Putatis quòd hi Galilæi præ "
omnibus Galilęis peccatores fue- "
rint, quia talia paſſi ſunt? Non, "
dico vobis; ſed niſi pœnitentiam "
habueritis, omnes ſimiliter peri- "
bitis. Sicut & illi decem & octo "
ſupra quos cecidit turris in Siloe; "
& occidit eos: putatis quia & ipſi "
debitores fuerint præter omnes "
homines habitantes in Ieruſalē? "
Non, dico vobis: ſed ſi pœni- "
tentiam non habueritis, omnes "
ſimiliter peribitis.

Quod

Quòd ſi ad exemplum illud, quod fidelibus omnibus propoſitum eſſe Deus voluit, oculos mentemq́ue conuertamus, manifeſtè etiam cognoſcemus, Abrahamum poſt patriam, cognationem domumq́ue paternam relictam, numquam iterum in Chaldæam aut Meſopotamiam fuiſſe reuerſum, ſed perpetuò per varia loca Dei voluntatem, iuſſa & oracula ſequutum fuiſſe, peregrinatum, totamq́ue vitam in Dei obſequiis impendiſſe ad mortem vſque, noluiſſeque alibi aut mori aut ſepeliri, quàm vbi promiſſa acceperat: neque pedem vmquam retuliſſe ab iis locis, in quibus agere aut commorari diuinitùs monebatur. Quamobrem ſcriptura ſacra eos qui verè filij Abrahæ eſſe cupiunt, hoc eſt ſpirituales

Abrahã exemplum.

rituales filij illius qui multarum gentium pater vocatus eſt, officij ſui, hoc eſt paterni exempli admonens, ait: Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt, & quæritis Dominum: attendite ad petram vnde exciſi eſtis; & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos. Quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum, vtpote virum qui Deo vocanti & firmiter crediderit & diligenter obedierit. atque ita ij qui ex fide viua ſunt, & Abrahami exemplum imitantur, benedicentur cum fideli Abraham.

Iſaiæ 51. Gal. 3.

Itaque condiſcipuli chariſſimi his omnibus Dei patris atq. Ieſu Chriſti doctoris noſtri præceptis & inſtitutis, probatiſſimorumq.

diſcipulorum exemplis inſtructi hoc primum diligentiſſimè curemus, vt non peccemus. Hoc enim & optimum & præſtantiſſimum eſt: ſed quia rariſſimi ex Adæ filiis inueniuntur qui non peccauerint, idque ſingulari Dei beneficio tribuitur, ſi quis numquam peccauerit, proximè ſapiẽtiſſimum & Deo gratiſſimum conſilium erit, vt qui peccauerit, toto ſeſe corde totoque animo ad
1.Ioan.2 Deum conuertat. Aduocatum e-
» nim habemus apud patrẽ Ieſum
» Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt pro-
» pitiatio pro peccatis noſtris: non
» pro noſtris autem tantum, ſed
» pro totius mundi. Si modò contrito & humiliato corde à nobis fuerit quæſitus: id quod ab ipſo eodem Domino declaratum eſt:
» Ad quem reſpiciam, niſi ſuper humilem

humilem & contritum cor- "
de, & trementem ſermones "
meos? Quamobrem ab eodem Apoſtolo, qui nobis certum in Ieſu Chriſti tutela præſidium pollicebatur, monemur: Chariſſimi, ſi cor noſtrum " 1.Ioan.3
non reprehenderit nos, fidu- "
ciam habemus ad Deum: & "
quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus; & ea quæ ſunt placita coram eo facimus. Manifeſtè affirmat Ioãnes nos ea quæ in noſtram ſalutem petierimus, accepturos à Deo; qui ſpiritum bonum petentibus ſe dabit, ſi cor noſtrum non reprehendat nos: id autem ex eo probari poſſe ait, ſi mandata eius cuſtodimus, &

„ ea quæ ſunt placita coram eo
„ facimus. hoc etiam noſter præ-
Ioan. 14. cipit magiſter: Si diligitis me,
„ præcepta mea ſeruate, & ego
„ rogabo patrem meum, & a-
„ lium paracletum dabit vobis,
„ vt maneat vobiſcum in æter-
„ num, ſpiritum veritatis, quem
„ mundus non poteſt accipere;
vtpote à mundi concupiſcen-
tia, ſuperbia, atque omni pom-
pa & inani gloria, omni de-
nique vitio abhorrentem: qui-
2. Tim. 2 cumque autem emundauerit
„ ſe ab iſtis, erit vas in hono-
„ rem ſanctificatum & vtile Do-
„ mino, ad omne opus bonum
„ paratum.

Summa igitur omnium à nobis antea relatorum capitũ illa breuiſſima eſt, vt quicum-

que

que diuinis promiſſis in ſuam ſalutem rectè, purè ac ſanctè crediderit, mundi huius pompis, ambitioni, cupiditatibus, & omni carnis atque vitæ corruptioni quàm ſtudioſiſſimè renuntiet, pœnitentiæque professionem diligenti vitiorum & peccatorum fuga, honeſtorumque morum ac diuinorum præceptorum feruenti atque perpetua cura proſequatur; de qua cura paulo pòſt agemus, illud prius admonentes & repetentes, diuinum ſpiritum in homine vitiis & voluptatibus aliiſque concupiſcentiis contaminato non permanſurum, ſpiritum inquam ſanctificationis, quo qui aguntur, filij Dei ſunt. Sic enim, vti iam citauimus,

& ſæpiùs citare expediet, præciſa Dei ſententia pronuntiata
„ eſt: Non permanebit ſpiritus
Gen. 6. meus in homine, quia caro
„ eſt. Hoc eſt quamdiu homo caro fuerit, & carnis atque cogitationum voluntatem fecerit, ſpiritus mei particeps non erit. Atque hanc ſententiam Deus eo tempore pronuntiauit, quo Dei filij cum filiabus hominum commixti virtutis atque pietatis rationes omnes peruerterunt, probitatemq́ue improbitate commutarunt. Hi enim qui diuinis promiſſis cómuni omnium parenti Adamo factis credebant, atque hac fide inſtructi ſeſe in ſtudiis pietatis exercebant; filij Dei in ſacra hiſtoria appellantur: apud illos

illos enim redemptionis & ſalutis hominum per ſanctum mulieris ſemen expediendæ notitia perſeuerauit: cuius ſalutis promiſſæ fide atq. ſpe imbuti, mundanam ambitionem & corruptelam omnem auerſabantur, vitamque traducebant, neque magnificam, neque ſplendidam, neque iis gloriæ atque deliciarum partibus, quas homines admirantur, inſtructam, ſed tenuem, modeſtam & pudentem, exiguis caſulis, tentoriis & tuguriis, antris, & huiuſmodi locis humilibus habitantes, ſobria paupertate contenti ad communium illorum parentum Adami & Heuæ inſtar, quos Deus pelliceis tantùm veſtibus à ſe

munitos, contentos viuere iuſſit; & id agere atque curare voluit, vt qui mundi principatu ſua ipſorum culpa abdicati fuerant, tamquam aduenæ & peregrini in mundo degerent. Hoc exemplum filij Dei ſecuti obſeruabánt. Contrà verò hominum filij, qui vel diuinis promiſſis non credebant, vel impurè, ſuperbè, ambitioſè, lautè & ſplendidè viuebant, delicias & voluptates cõſequebantur; gloriam & mundanum ſplendorem aucupabãtur, magnificentiſſimas ædes ſibi & vrbes & arces conſtruebant: atque ad hanc viuendi formam feminarum etiam ingenio & conſilio promouebantur; quarum blãdiciis & conſuetudine paula-

paulatim allecti, deinde verò prorſus inducti filij Dei acceperunt vxores ex omnibus quas elegerant: Hoc eſt, cùm viderent filij Dei tantum deliciarum atque voluptatum ſplendoriſque vſum apud homines eſſe, quem humana ipſa concupiſcentia aſperitati atque auſteritati frugalitatique anteferret, maximè verò feminarum aſpectu allecti, apud quas ille tum in victu, tum in cultu luxus maximè ſplendebat, à labore & auſteriori vita atque à continentia & paupertate, ad diuitias, opes, delicias & luxus ſeſe traduxerunt; coniugiaque cum filiabus hominum ineuntes, pietatem atque virtutem illam priſcam peruer-

têre & prodidere. Quamobrem illa diuina ſententia pronuntiata fuit: Non permane-
„ bit ſpiritus meus in homine,
„ quia caro eſt: eo quòd ex filiis Dei non ſolùm filiis hominum ſimiles euaſerint, ſed proles genuerint longè corruptiores, maioriq́ue licentia vitiis voluptatibuſq́ue indulgentes, atque in omne iniuriarum, feritatis, & crudelitatis ge-
Gen. 5. nus proruentes. Hi ſunt Gi-
„ gantes qui erant ſuper terram
„ in diebus illis. Poſtquam enim
„ ingreſſi ſunt filij Dei ad filias
„ hominum, illæq́ue genuerunt:
„ iſti ſunt potentes à ſæculo viri
„ famoſi. Videns autem Deus,
„ quòd multa malitia hominum
„ eſſet in terra, & cuncta cogi-
tatio

tatio cordis intéta eſſet ad ma- "
lum omni tempore; pœnituit "
eum quòd hominem feciſſet "
in terra. Adeò enim ſolutæ vitæ hominum licentia & malitia Deum offendi ſacra oracula nobis indicant, vt pœnitere etiam hominum à ſe factorum affirment; atq. conſilium inire & exequi perdendi vniuerſos, iis tantum exceptis, qui in filiorum Dei diſciplina & officio permanſerint, quamuis numero pauciſſimis; ſicut ſcriptum eſt: Noë verò inue- "
nit gratiam coram Domino, eo "
quòd iuſtus eſſet; non ſolùm illa fide filiorum Dei imbutus, ſed pœnitentiæ exercitatus virtute, atque obedientia mandatorum Dei probatus:

vtpote qui iuſſus arcam tot annis conſtruxerit, atque aſſiduis habitis ſermonibus, ætatis illius homines inſtantis iræ Dei admonens, ad pœnitentiam & ad bonã frugem reuocare ſtuduerit. quamobrem iuſtitiæ præconis titulum nomenque
2. Pet. 2. obtinuit.

Atque hanc, quam diſcipulis Chriſti neceſſariam diximus pœnitẽtiæ exercitationem, ſtudium illud vitæ in melius promouendæ, atque honeſtatis colendæ comitatur: cui declarationis cauſſa nomen obedien-
Obedientia tiæ adſcribemus; obediẽtiamq. definiemus eſſe actionum omnium vitæ temperamentum & inſtitutionem iuxta Dei conſilium & voluntatem. Hæc autem

tem præceptorum Dei cognitione, diligentiq́ue exercitatione præſtatur. neque enim ſatis fuerit Chriſtianæ diſciplinæ præcepta & inſtituta cognoſci, aut eleganti oratione referri, & commendari, niſi eadem omni ſtudio atque officio exerceantur & obſeruentur: id quod magiſter noſter expreſſè docens aiebat: Non omnis " Matth. 7
qui dicit mihi Domine, Do- "
mine, intrabit in regnum cæ- "
lorum; ſed qui facit volunta- "
tem patris mei qui in cælis eſt, "
ipſe intrabit in regnum cælo- "
rum. Multi dicent mihi in illa "
die: Domine, Domine, nón- "
ne in nomine tuo prophetaui- "
mus; & in nomine tuo dæ "
monia eiecimus? & in nomine "

tuo

„ tuo virtutes multas fecimus?
„ Et tunc confitebor illis: Quia
„ numquam noui vos; diſcedi-
„ te à me qui operamini iniqui-
„ tatem. Omnis ergo qui au-
„ dit verba mea hæc, & facit ea,
„ aſſimilabitur viro ſapienti, qui
„ ædificauit domum ſuam ſu-
„ per petram, & deſcendit plu-
„ uia, & venerunt flumina, &
„ flauerunt venti, & irruerunt
„ in domum illam, & non ce-
„ cidit: Fundata enim erat ſu-
per petram. Oportet igitur hoc ſalutis noſtræ ædificium ſuper hanc veræ obedientiæ petram fundandum curare, ne poſtquam aliàs multùm diuque ædificauerimus, aliquo aduerſario impetu tẽtatum corruat. Atqui obedientia hæc patris

cæleſtis obſeruanda voluntate præſtatur, ſicut idem modò magiſter docebat: Qui facit, inquiens, voluntatem patris mei qui eſt in cælis. At verò ſuam voluntatem pater ipſe in filij ſui gratiſſimi & ſapientiſſimi doctrina cognoſcenda, tenenda, atque omni ſtudio exercitanda conſtare declarauit. Hic Matth. 17.
eſt filius meus dilectus, in quo "
mihi bene complacui, ipſum "
audite. Hunc igitur voluntatis ſuæ interpretem certiſſimum, ſapientiſſimum & gratiſſimum nobis à patre propoſitum, atque præſentibus grauiſſimis teſtibus duobus ex antiquo, tribus verò ex nouo teſtamento confirmatum, ſi ſtudioſè petentes quidnam ad noſtram ſa-

lutem

lutem, quam ille affert, nobis agendum ſit, conſulamus, ita reſpondentem atque docentem audiemus: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego patris præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Qui habet mandata mea & ſeruat ea, iſte eſt qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Idem verò eandem rem confirmans, alio in loco aiebat: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde; & inuenietis requiem anima-

Ioan. 15.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Matth. 11.

bus veſtris: iugum enim meum "
ſuaue eſt, & onus meum leue. "
Quibus verbis manifeſtè docemur, requiem illam animabus noſtris quæſitam inueniri non poſſe, niſi ab iis qui patris voluntatem fecerint. Hanc verò voluntatem ad filij ſui auſcultationem pater ipſe retulit: filius autem patris ſui conſilium eſſe, vt iugum ipſius ij ſubeant, qui animabus ſuis requiem inuenire ſtudent. iugum autem neque graue, neque durum, ſed ſuaue eſſe; & onus, hoc eſt doctrinæ legis atque præceptionum ſuarũ ſummam leue onus eſſe affirmat. Et quidem ita eſſe res ipſa declarat, & multorum, qui iugum hoc ſubiere, illuſtriſſima

exem-

exempla confirmant. Quippe iugum hoc fraternus ille atque ſincerus amor eſt, quem alio nomine charitatem dicere ſolemus: idq́ue ita à magiſtro ipſo expoſitum atque repetitum ſępius accepimus. Hoc eſt præce-
Ioan. 15. ptũ meum, vt diligatis inuicẽ,
„ ſicut dilexi vos: Hæc mando
„ vobis, vt diligatis inuicẽ. Adeò verò hoc certum, conſtans atq. proprium præceptum ſuum eſſe confirmat, vt hoc ſuorum diſcipulorum atq. comitum ma-
Ioan. 13 nifeſtũ ſignum eſſe velit. Man-
„ datum nouum do vobis, vt di-
„ ligatis inuicem, ſicut dilexi vos;
„ & vt vos diligatis inuicem: in
„ hoc cognoſcẽt omnes quia mei
„ diſcipuli eſtis, ſi dilectionem
„ habueritis ad inuicem. quam

rem

rem Ioannes magnus huius præceptionis teſtis atque diſcipulus, iterum atque iterum referens, ſcriptum reliquit: Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; & quidquid petierimus, accipiemus ab eo; quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus. Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis. quàm verò neceſſaria huius mandati obſeruatio ſit, apertè nobis Apoſtolus idem demonſtrat: Qui non diligit fratrem ſuum, in tenebris eſt; & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat; quia te-

1.Ioan.3

Ioan. 2

L nebræ

nebræ obcæcauerunt oculos e-
ius. adeoque hoc verum at-
que in Chriſtiana diſciplina
exploratum eſt, vt illuſtris ille
diuinorum eloquiorum com-
mentator hanc dilectionem ce-
teris humani animi virtutibus,
ſtudiis, actionibus & orna-
mentis anteponere non dubi-
1. Cor. 13 tauerit. *Si linguis hominum*
„ loquar, & angelorum, chari-
„ tatem autem non habeam, fa-
„ ctus ſum velut æs ſonans, aut
„ cymbalum tinniens. Et ſi ha-
„ buero prophetiam, & noue-
„ rim myſteria omnia, & om-
„ nem ſcientiam; & ſi habue-
„ ro omnem fidem, ita vt mon-
„ tes transferam, charitatem au-
„ tem non habuero, nihil ſum.
„ Et ſi diſtribuero in cibos pau-
perum

perum omnes facultates meas, "
& ſi tradidero corpus meum "
ita vt ardeam, charitatem au- "
tem non habuero, nihil mihi
prodeſt. adeoque ab hoc Apo- Coloſ. 3.
ſtolo charitas commendatur,
vt perfectionis vinculum ap-
pelletur.

Quòd ſi adeò neceſſaria charitas eſt, vt hac vna dempta, cetera omnia ad ſalutem inutilia reddi affirmet Apoſtolus; quàm longè à ſalute is aberit, qui fratrem ſuum non modò non amat, ſed etiam odio habet & proſequitur? Si qui non amat, charitatem etiam Dei à ſe abigit: qui oderit fratrem, quonam loco apud Deum habebitur, quóve nomine cenſebitur? nimirum ho-

micidæ nomen & crimen huiuſmodi hominibus diuini verbi ſententia adſcribit: Om-
1. Ioan. 3 „ nis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. ſpiritu & affectu qui primum Deo iudicatur, homicida habetur qui fratrem ſuum non diligit. & ſcitis, ait, quoniam omnis homicida non habet vitam æter-
„ nam in ſemetipſo manentem?
„ & alibi: Qui odit fratrem
1. Ioan. 2 „ ſuum, in tenebris ambulat.
„ Quamobrem diuus Iacobus Chriſtianos admonet, ne huiuſmodi vitio, quod aliqua ſpecie irrepere in animos atque penetrare ſolet, corrupti, pietatis nomen atque profeſſionem eludant, ſeque metipſos aut alios hoc modo fallant.

Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari aduerſus veritatem [Chriſtianos vos appellantes & eſſe iactantes.] Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendẽs, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Apertè verò atque diffuſè à præceptore ipſo docemur, quàm graue odij vitium ſit, quantumque ad ſa- Iacobi 3.

lutis viam perſequendam impedimentorum afferat, non ſolùm maleficiis proditum,ſed
Matth. 12. etiam malis cogitationibus in animo conceptum. Ego dico
» vobis, quia omnis qui iraſci-
» tur fratri ſuo, reus erit iudi-
» cio: Qui autem dixerit fratri
» ſuo Racha, reus erit concilio.
» Qui autem dixerit fatue [ira
» videlicet ac lædendi ſtudio cô-
» motus,] reus erit gehennæ
» ignis. Quamobrem ipſa diuina magiſtri noſtri ſapientia, vt oſtenderet quantum expediat huiuſmodi vitio animíque perturbatione penitus carere, diſcipulis ſuis apertè vetat, eum, qui huic charitatis præcepto primùm non ſatisfecerit, quocumque obſequij aut ſacrificij

munere

munere exiſtimare ſibi Deum propitium fore. Si ergo of- « fers munus tuum ante altare, « & ibi recordatus fueris quòd « frater tuus habet aliquid ad- « uerſum te, relinque ibi munus « tuum ante altare, & vade « prius reconciliari fratri tuo, & « tunc veniens offeres munus « tuum. Idem etiam multis aliis in locis & ſermonibus habitis confirmauit, dicens: Eſto- Luc. 6. te miſericordes, ſicut pater ve- " ſter cæleſtis miſericors eſt. Di- " mittite, & dimittemini: da- " te, & dabitur vobis. Beati " miſericordes, quoniam ipſi " miſericordiam conſequentur. " Maximè enim commendatur charitas à magiſtro noſtro, eademque non vulgaris aut fri-
 gida,

gida, ſed ardens, feruens, atque ad beneficentiam promta, qua ſimiles Deo nos reddi ipſe iubet, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. & cùm idem præceptor diſcipulos ſuos orare doceret, in hoc charitatis, miſericordiæ ac beneficentiæ argumento explicando ſermonem amplius etiam quàm in aliis dilatauit: vtpote in genere inter cetera pietatis argumenta præcipuo & expedientiſſimo; quod etiam ab Apoſtolo perfectionis vinculum appellatur: quippe facilè mandata & officia omnia quæcumque in lege ſunt præſtantur & obſeruantur ab iis, quos charitas ita

anima-

animarit, vt non tam ſua quàm quæ aliorum ſunt quærant; ſicut ſcriptum eſt: Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate; congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

1. Cor. 13

1. Ioan. 2

Hæc igitur omnium quæ Chriſti diſcipulum cognoſcere, tenere, meditari atque exercere oportet, ſumma ratio

Dictati omnib' cõmunis ſumma.

eſt tribus his capitibus breuiſſimè contenta, quæ timore Domini, pœnitentia & charitatis obſeruantia definiuntur. Charitas autem non ſolùm erga Deum, quem maximè & ſuper omnia amare oportet, ſed erga homines exercenda
1. Ioan. 3 ſpectatur. In hoc cognouimus
» charitatem Dei, quoniam il-
» le animam ſuam pro nobis po-
» ſuit, & nos debemus pro fra-
» tribus animas ponere. Qui
» habuerit ſubſtantiam mundi,
» & viderit fratrem ſuum ne-
» ceſſe habere, & clauſerit vi-
» ſcera ſua ab eo; quomodo
» charitas Dei manet in eo? Fi-
» lioli mei, non diligamus ver-
» bo neque lingua, ſed opere
» & verate: in hoc cognoſci-
mus

mus quoniam ex veritate ſu- "
mus, & in conſpectu eius ſua- "
debimus corda noſtra. Nos er- " 1 Ioan.4.
go diligamus Deum, quoniam "
Deus prior dilexit nos. Si quis "
dixerit quoniam diligo Deum "
& fratrem ſuum oderit, men- "
dax eſt. Qui enim non dili- "
git fratrem ſuum quem videt, "
Deum quem non videt, quo- "
modo poteſt diligere? Et hoc "
mandatum habemus à Deo, "
vt qui diligit Deum, diligat "
& fratrem ſuum. Hæc igitur tria capita quicumque rectè obſeruauerit, Dei in ſe clementiam, miſericordiam, & benignitatem experietur; cuius excellentiam humana cogitatio aſſequi non poteſt, nedum lingua exponere vel deſcribere

poterit.

poterit. Promptiſſima quippe eſt diuina gratia, vt promiſſa illa præſtet, quæ in ſalutem omnium credentium & obtemperantium pronuntiata ſæpiſſimeque confirmata ſunt;
Iere. 18. ſicut ſcriptum eſt: Repentè lo-
„ quar aduerſus gentem & ad-
„ uerſus regnum, vt eradicem &
„ perdam & deſtruam illud. Si
„ pœnitentiam egerit gens illa
„ à malo ſuo quod locutus ſum
„ aduerſus eam, agam & ego
„ pœnitentiam ſuper malo quod
„ cogitaui vt facerem ei. Et ſi
Ezech. 18. impius egerit pœnitentiam ab
„ omnibus peccatis ſuis quæ o-
„ peratus eſt, & cuſtodierit om-
„ nia præcepta mea, & fecerit
„ iudicium & iuſtitiam, vita vi-
„ uet, & non morietur: omnium
iniqui-

iniquitatum eius quas opera- "
tus eſt, non recordabor; in iu- "
ſtitia ſua, quam operatus eſt, "
viuet. Numquid voluntatis "
meæ eſt mors impij, dicit Do- "
minus; & non vt conuertatur "
à viis ſuis, & viuat? Vitam ita- "
que & ſalutem à Deo omnibus improbis etiam hominibus, qui tamen à viis ſuis conuerſi fuerint, conſtare, promiſſam diuina reſponſa ſæpiſſimè confirmant; iis, inquam, quibus à via mala conuerſis, & recta pœnitentia ductis, præcepta Dei omnia, & iudicium & iuſtitiam faciendi ſtudium curaque fuerit; eiuſmodi enim quicumque fuerint & animi & ſtudij, non in otio ſuo, aut in nuda & ieiuna fide tantùm,

quæ aliàs mortua dicitur; ſed in iuſtitia ſua quam operati fuerint, viuent; vitam enim & ſalutem à Deo accipient ſalutis auctore, quam promiſſam credentibus & obedientibus ille præſtabit, cuius miſericordia variis per omnia ſacra ſcripta celebratur laudibus.
Pſal. 144 Miſerator & miſericors Dominus, patiens & multum miſericors. Suauis Dominus vniuerſis, & miſericordia eius ſuper omnia opera eius. ideoque diſſimulat peccata hominum propter pœnitentiam.
Sap. 11. Diligit enim omnia quæ ſunt, & nihil odit eorum quæ fecit; neque enim odioſè aliquid conſtituit aut fecit: quamobrem ipſe vltrò miſericordiam ſuam

ſuam omnibus offert, proponit & promittit: qui verò corde atque puro ſtudio ad ipſum conuerti redireq́ue voluerint, ſicut ſcriptum eſt, Viuo ego, Ezec. 33.
" dicit Dominus Deus, nolo
" mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat; Conuertimini à viis veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſraël? benigniſſimus quippe eſt Deus, ſalutiſq́ noſtræ amantiſſimus, qui cùm homines ad ſe atque adeò ad vitam petendam & quærẽdam integro corde omniq́ue ſtudio conuerti optet, ipſorum pœnitentiam patientiſſimè expectat. idq́ue nobis ſacra oracula teſtãtur apertiſſimè. Propterea Iſai. 30.
" expectat Dominus, vt miſerea-

tur.

2. Pet. 3. tur veſtri. & Apoſtolus Petrus:
„ Patienter, inquit, agit Dominus
„ propter vos, nolens aliquos per-
„ ire, ſed omnes ad pœnitētiam
„ reuerti. Gratiſſimam verò eſſe
Deo improborum hominum
conuerſionem & veram pœni-
tentiam, gratiſſimam inquam
& optatiſſimam ipſius filius no-
bis oſtendit illa ſaluberrima cō-
cione, quam tribus parabolis
propoſitis habuit de filij prodi-
gi reſtitutione, de oue atque
drachma perditis, quibus om-
nes homines exhortatus eſt, vt
patrem ipſum cęleſtē omnem-
que cęlorum aulam huiuſmodi
gaudio afficere diligentiſſimè
ſtuderent, experirenturque in
ſe admirandam illam benigni-
Rom. 10 tatem Dei, qui diues eſt in mi-

ſericordia.

ſericordia in omnes qui vero atque ſimplici animo inuocant illum: quibus ad ſe conuerſis atque viua fide probatis, pœnitentia vera ac obedientia exercitatis, maxima dona impertitur, illumq́ue largitur ſanctificationis ſpiritum cum cæteris donis & gratiis à ſe promiſſum, quem omnibus obedientibus illi datum eſſe Petrus affirmat, Actor. 5.
" & Chriſtus dandum eſſe polli- "
cebatur, dicens: Si diligitis me, Ioan. 14.
mandata mea ſeruate: & ego "
rogabo patrem, & alium pa- "
racletum dabit vobis, vt ma- "
neat vobiſcum in æternũ; Spi- "
ritum veritatis quem mundus "
non poteſt accipere. mundum "
autem Ioãnes eos eſſe interpre- 1. Ioan. 2
tatur qui ſecundum concupiſcentiam oculorum, vel concu-

piſcentiá carnis, vel ſuperbiam vitæ viuunt; hoc eſt qui libidinibus, cupiditatibus, deliciis, aut ambitioni inſeruiunt: Hi enim ſpiritus illius virtutem in ſe manentem & conſtanté minimè experiétur. Non enim per-
Gen. 6. manebit ſpiritus meus in ho-
» mine, quia caro eſt (ait Deus) in
» homine qui caro eſt; & non pugnat, cõtédit, ſtudet, & omnino ſat agit vt carnis facta mortificet, ſicut Apoſtolus ait: Si enim
Rom. 8. ſecundú carné vixeritis, moriemini. Quòd ſi ſpiritu facta car-
» nis mortificaueritis; viuetis ſpi-
» ritu Dei videlicet vobis donato
» & cõmunicato; S. S. E. Super qué
Iſai. 66. requieſcet Spiritus meus, niſi
» ſuper humilem & contritum
» corde, & trementem ſermones
» meos? Huiuſmodi diuinorum
» dono-

donorum, quibus homines in terra in viros alios mutantur, & planè cæleſtes fiunt, fugientes eius quæ in mundo eſt cõcupiſcentiæ corruptionem, & conuerſationem ſuam in cælis habentes; huiuſmodi, inquam, donorum exempla, quæ frequentia olim fuere, rara admodũ in terris nunc ſpectantur: eo quòd neq. eã diuinis promiſſis, quam oportet, magnam & præſtãtem adhibemus fidem, neq. diuinis præceptis purè, ſincerè atq. ſtudioſè paremus, neq. timore illo Dei ſanctiſſimo penitus imbuti inſtructíque ſumus, ſed duplici corde atque improbis ſtudiis nobis ipſis & benignitati Dei erga nos deſumus. Dei, inquã, qui corda atq. renes ſcrutatur & inſpicit, noſque huius mundi

Philip. 3

Pſalm. 7.

inanibus & impuris curis, carniſq. deliciis, cupiditatibus, ambitionique deditos videt, atque adulterarũ more aduerſum legitimos viros infido animo agẽtes; huiuſmodi corda ab amore illo ſummo ſibi maximè debito abalienata aut certè diuiſa non amat aut probat. Magnã enim, feruentem, ſimplicem, atq. omnino puram mentem eſſe eam oportet, quæ huius ſpõſi admirabile coniugium optat, cupit, & ſibi ratum, confirmatumque poſtulat. quod quidem obſeruare & curare quantum expediat, per diuinã ſapientiã apertè
Eccli. 1. & 2. docemur: Fili mi, ne ſis incre-
„ dulus timori Domini, & ne ac-
„ ceſſeris ad eum duplici corde.
„ Væ duplici corde, & labiis ſce-
„ leſtis, & manibus malè facien-
tibus,

tibus, & peccatori ingredienti "
terram duabus viis. Certiſſimis "
etiam & apertiſſimis Dei ipſius
verbis per prophetas pronũtiatis monemur, vanis huius mũdi
rebus, peccatis, turpitudinibus,
& vitiis ex animo renuntiare,
atque omni ſtudio abalienari.
Laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt ſalua fias: vſquequo " Hiere. 4.
morabuntur in te cogitationes "
noxiæ? Quicumq. huiuſmodi "
inſtructus ornamentis Deum
quæſiuerit; propitium & ſui amantem inueniet, & beneficẽtiſſimum experietur. Quæretis Hier. 13.
me & inuenietis, cùm quæſieritis me in toto corde veſtro, & "
inueniar à vobis, ait Dominus: "
cuius filius etiam dixit: Beati " Math. 5
mundo corde, quoniã ipſi Deũ "
videbunt. Deũ à mundis corde

videndum ait Chriſtus; videndum autem in ipſis habitantẽ, ex quibus ille templũ ſibi gratũ

Iſai. 57. ſanctum ſacrat, s. s. E. Hæc dicit
» Dominus excelſus & ſublimis
» habitans æternitatem; & ſanctũ
» nomẽ eius; in excelſo & in ſan-
» cto habitans, & cum cõtrito &
» humili ſpiritu, vt viuificet ſpiri-
» tum humilium, & viuificet cor

Pſal. 146. contritorum. Qui ſanat contri-
» tos corde, & alligat cõtritiones
» eorum. Commendatiſſima hęc in ſacris libris, atque gratiſſima Deo cordis contritio, vnà cum cupiditate rerũ humanarum, & huius ſæculi ambitione atque gloria; quæ Deo ingratiſſima eſt, non habitat aut cõmoratur: neq. quiſpiam ſibi perſuadeat poſſe vtriq. parti ſatisfacere aut placere, Deo videlicet, atque mundi

mundi huius ambitioni, gloriæ, & conſuetudini carnalis huius ſapiẽtiæ morem gerere. id quod diuus Iacobus apertiſſimè ob- Iacob. 4.
teſtatus denũtiat: Adulteri ne-
ſcitis, quia amicitia huius mun-
di inimica eſt Dei? Quicumq.
ergo voluerit amicus eſſe ſæculi
huius, inimicus Dei cõſtituitur.
An putatis quòd inaniter dicat
ſcriptura: Ad inuidiam cõcupi-
ſcit ſpiritus qui habitat in vobis? Quamobrem diligẽtiſſimè & ſtudioſiſſimè à D. Ioanne Apoſtolo monemur, ne vanis argumentis, aut inani aliqua ſpe opinionéve deluſi, mũdi huius amorem retineamus, ſed repudiemus omnino, ſi Deo, quem amare debemus, in noſtram ſalutem velimus probari. Nolite 1. Ioan. 2
diligere mundum, neq. ea quæ

„ in mundo ſunt. Si quis diligit
„ mundũ, nõ eſt charitas patris in
„ eo. Quoniam omne quod eſt
„ in mundo, concupiſcẽtia carnis
„ eſt, & concupiſcẽtia oculorum,
„ & ſuperbia vitæ; quæ non eſt ex
„ patre, ſed ex mundo eſt. Et mũ-
„ dus tráſit & cõcupiſcentia eius.
„ qui autẽ facit voluntatem Dei,
manet in æternũ. Quibus omnibus diuinis ſentẽtiis diſcimus & intelligimus, eos, qui ſummo ſtudio à morum vitæ atque carnis corruptela & turpitudine non diſceſſerint, atq. omni cura & contentione, quæ fugiẽda ſunt, non fugerint, vnà cum actis, operibus & oblationibus ſuis, Deo puriſſimo & ſimpliciſſimo ingratos atq. adeò inimicos eſſe, aſſerente etiam hoc diuina ſapientia, atque ideò monente,

nente, ne bonorum operũ fru-
ctũ noſtro vitio & culpa amit-
tamus. Impiorum quippe victi- Prouer. 15.
mæ abominabiles Domino; & Eccli. 34.
" immolantis ex iniquo oblatio,
" eſt maculata, & non ſunt bene-
" placitæ ſubſannationes iniuſto-
" rum. Dominus ſolus ſuſtinenti-
" bus ſe in via veritatis & iuſtitię.
" Dona iniquorũ non probat al-
" tiſſimus, nec reſpicit in oblatio-
" nes iniquorum, nec in multitu-
" dine ſacrificiorũ ipſorum pro-
" pitiabitur peccatis: cuius rei
obteſtationem manifeſtá apud
prophetam legimus, aduerſus
eos factam qui peruerſis actio-
nibus & factis publicis & priua-
tis ſacrificia à ſe frequẽtata cõ-
taminabant, Deoq́. ipſi veluti
inuiſa reddebant. Ne offeratis Iſai. 1.
vltra ſacrificium fruſtrà; incen-

„ ſum abominatio eſt mihi, neo-
„ meniam & ſabbatum, & feſti-
„ uitates alias non feram: iniqui
„ ſunt cœtus veſtri. calendas ve-
„ ſtras, & ſolennitates veſtras odi-
„ uit anima mea; facta ſunt mihi
„ moleſta: laboraui ſuſtinens, &
„ cùm extẽderitis manus veſtras,
„ auertam oculos meos à vobis;
„ & cùm multiplicaueritis ora-
„ tionem, nõ exaudiam: manus e-
„ nim veſtrę ſanguine plenę ſunt.
„ Lauamini, mundi eſtote, aufer-
„ te malum cogitationum veſtra-
„ rũ ab oculis meis; quieſcite per-
„ uerſè agere, diſcite bene facere,
„ quærite iudiciũ, ſubuenite op-
„ preſſo, iudicate pupillo, defen-
„ dite viduã; & venite & arguite
„ me, dicit Dominus. Si fuerint
„ peccata veſtra vt coccinũ, quaſi
„ nix dealbabuntur; & ſi fuerint
rubra

rubra ſicut vermiculus, velut "
lana alba erunt. Si volueritis, "
& audieritis me, bona terræ "
comedetis. Quòd ſi nolueri- "
tis, & me ad iracundiam pro- "
uocaueritis, gladius deuorabit "
vos, quia os Domini loquu- "
tum eſt. Hæc Dei obteſtatio
eſt promiſſis & minis conſtans
vtriſque certiſſimis aduerſus
eos vel qui obtemperarint, vel
qui obtemperare noluerint:
quamobrem ab eodem hu-
ius obteſtationis auctore ſpiri-
tu inuitamur & excitamur ad
ſalubrem illam alteram par-
tem promiſſorum & miſeri-
cordiæ certis & iam ſæpiùs re-
petitis rationibus petendam &
quærendam. Derelinquat im- Iſai. 55.
pius viam ſuam, & vir iniquus "
cogitationes ſuas, & reuerta- "
tur

„ tur ad Dominum, & miſere-
„ bitur eius; & ad Deum no-
„ ſtrum, quoniam multus eſt ad
„ ignoſcendum. Igitur cùm multis & variis, iiſdemque manifeſtiſſimis vtriuſque teſtamenti ſententiis, reſponſis ac teſtimoniis oſtenſum nobis fuerit, tria hæc capita, videlicet Timorem Domini, Pœnitentiam, & Charitatem fraternam, piarum omnium actionum ſecundum fidem inſtar puriſſimorum quorumdam fontium Deo eſſe gratiſſima, & quæ ex diuina benignitate plurimum conferant, non tantùm ad declinandam atque euitandam Dei iram & indignationem, verùm etiam ad inueniendã gratiam atque miſericordiam: atque adeò quoque neceſſaria

ad

ad ſalutem, vt ſine his Deo placere non poſſimus, nec obtinere Dei promiſſa ad immortalitatem noſtram, atque cæleſtem hereditatem nobis Ieſu Chriſti morte ac reſurrectione partam pertinentia. cumque ex diuinæ liberalitatis pacto ac fœdere fidelibus cunctis conſtet, harum trium rerum ſtudio, atque diligenti puroque cultu, illius obligationis & promiſſionis, quam Deus ipſe vltrò ac benigniſſimè in ſalutem noſtram propoſuit, ſuam vnicuique partem contingere poſſe; Chriſtiano, ardentiſque charitatis ſtudio atque animo permotus, officij mei eſſe duxi, nõ modò his quæ protulimus, ſed omnibus à diuino ſpiritu pronuntiatis, & in ſacrorum libro-
rum

rum theſauro repoſitis oraculis, ſententiis, conſiliis, præceptis, monitis & hortamentis condiſcipulos omnes meos monere, hortari & exhortari ad pietatis negotium ſtudioſiſſimè ineundum, diligentiſſimeque efficiendum harum trium probatiſſimarum partium, Timoris diuini, Pœnitentiæ, atque Charitatis aſſidua atque conſtanti exercitatione. Nemo

Luc.9. Matth. 10.& 24

enim mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens re-
» tro, aptus eſt regno Dei; ſed
» qui perſeuerauerit vſque in
» finem, hic ſaluus erit. Hæc autem vt rectè ſanctèque agantur, carnales omnes affectiones, quæ aduerſus animam militant, exuere expedierit; eas inquam quæ gratiæ aduer-

ſantur

ſantur diuinæ, amoriſque illius effectus retardant atque detinent, quo ſic Deus dilexit Ioan. 3.
„ mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Si quis ergo emundauerit ſe ab 2. Tim. 2.
„ iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Idemque diuinæ gratiæ beneficiis auctus, in hac etiam vita incipiet ſentire & guſtare, quàm ſuauis eſt Dominus diligentibus & colentibus ipſum. Pſal. 33.
Igitur vt decantati à nobis Dictati in ſummam redigatur oratio, breui teſtimonio Dei verbis confirmato, Prophetarum oraculis expoſito, Apoſtolorum ſenten-

tentiis, omnibuſque ſacris ſcriptis cõprobato aſſerimus; Tria hæc pietatis capita omnibus omnium ordinum & conditionum Chriſtianis apprimè vtilia, immò etiam neceſſaria ad ſalutem animarum obtinendam, regnumque cælorum poſſidendum: atque hanc eſſe communem cunctis normam, regulam, & viam viuendi ex diuini conſilij ſententiis, præceptis, & inſtitutis; capita verò illa eſſe iam ſæpius commemorata, Dei timorem, pœnitentiam, & charitatem, ſiue dilectionem fraternam; quæ cuncti in vniuerſum, qui Chriſtianæ diſciplinæ ſtudium & nomen profitemur, non tantùm cognoſcere ac tenere, ſed rectè exercere

atque

atque exequi debemus, præeunte, & adiuuante diuina gratia, quam nemini purè poſtulanti negari aut ſubduci iam oſtẽdimus; atque ipſe præceptor noſter apertè confirmauit: Ego autem dico vobis; Petite, & dabitur vobis: quærite,& inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit,accipit;& qui quærit, inuenit:& pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem; nunquid lapidem dabit illi? aut piſcem, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem? ſi ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris,quanto magis pater veſter de cælo, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Luc. 11.

Illud etiam verè teſtamur, atq. Dictati vſus & exercitatio.

ex ſacrorum librorũ lectione obſeruatum pronuntiamus, & exponimus omnem morum & actionum atque exemplorum corruptelam, peruerſitatem, & malignitatem, quæ in omni hominũ genere in terris deprehẽditur, ex harum trium Chriſtianæ diſciplinę partium defectu proficiſci, quę pietatis exercẽdæ quædam veluti principia prima eſſe oſtendebamus, nulli Chriſtianorũ ignota, qui rationis cõpos fuerit. omnibus enim Chriſtianis vel ex illa diuina luce cũctis per Deum adhibita & adhærente, atque ex ſimilitudine imagineq; Dei in ipſis impreſſa, etiam indoctis, & legem ſcriptam ignorantibus tria hæc principia, timor videlicet Dei, pœnitentiæ, & dilectionis fraternę neceſſitas, manifeſta ſunt; quã-

quam,

quam, vti diximus, tot diuinę ſcripturæ oraculis & ſententiis comprobata & confirmata illis non ſint: quod fortaſſis ipſorum culpa euenit, qui nihil minus curãt aut cogitãt quàm ea ſeriò doceri quæ ad animorum ſuorum ſalutẽ faciunt & conferunt, atque cũ hæc negligenter vel perfunctoriè tractant, ea quæ his oppoſita ſunt, diligenter & cognoſcere & agere atque exequi ſtudent. Sed quanquam omnino legem vel nõ edocti fuerint, vel edoceri neglexerint, ipſi tamen ſibi ſunt lex, qui Rom.2.
" oſtendunt opus legis ſcriptum in
" cordibus ſuis, teſtimonium red-
" dente illis conſcientia ipſorum, et
" inter ſe inuicem cogitationũ ac-
" cuſantium, aut etiam defenden-
" tium. Quòd ſi tria hæc Chriſtianæ vitæ inſtituẽdæ capita & pro-

bè à ſingulis tenerentur & ſtudioſè colerentur; aliam profectò experiremur diuinę in nobis gratiæ efficiẽtiam, aliam ſentiremus animorum iucunditatem, alia etiam fidei teſtimonia; aliæ probationes tum in priuatis tum in publicis rebus extarent & viſerẽtur; neque tam multis, tamq́; manifeſtis ac deteſtandis vitiorum atque criminum exemplis ciuitates, oppida, pagi, atque cætera Chriſtianorum collegia plena viſerentur, nec tam frequentibus & aſſiduis flagitiorum atque ſcelerum monſtris feruerent: quorum genus in primis eſt diuinarum legum violatio & contemptio: formæ verò contentiones cruentæ, inimicitiæ, odia, inuidiæ, ſimulationes, calumniæ, doli, fraudes, iracundæ & perpetuæ diſſenſiones,

nes,direptiones , furta, graſſationes, extorſiones & pauperiorum defraudationes, iniuriarum præterea & violentiæ innumerabiles artes, lenocinia, adulteria,ſtupra, inceſtus,ſcortationes,ac nefandæ aliæ abominationes. nõ abundarent ebrietatibus, deliciisque vitioſis,& corruptiſſima luxurie tot in Chriſtiano orbe loca;neq; tanti eſſent faſtus,tot immodici& inutiles ſumptus,tantus ſuperbię furor,aliorumq; peccatorum infinitus numerus , & turpitudinũ flagitioſa monſtra . Quin potius his tribus,timoris,pœnitentiæ,atque charitatis capitibus propoſitis, omnis Chriſtiani hominis actio rectè inſtitueretur . ſingulorum cura eſſet primùm timere & cauere,ne in Dei viuẽtis manus incideretur : deinde vt illius in ſin-

gulos miſericordia conciliaretur, atque ita vnuſquiſque ea diligenter pręſtare ſtuderet quę in ſacroſancto baptiſmi ſacramento pollicitus eſt, fœdere ſancito coram mortali quidem ſacerdote, tamé cum immortali Deo iuſtiſſimo iudice, exercituumq́ue principe, ſcelerum vltore conſtantiſſimo,
Pſalm. 5. qui non Deus volens iniquitatem
„ eſt, neque habitabit iuxta illum
„ malignus, neque permanebűt in-
„ iuſti ante oculos eius. Qui odit
„ omnes qui operătur iniquitatem,
„ perdet omnes qui loquuntur mé-
„ dacium, & virum ſanguinum ac
„ doloſum abominatur; cuius promiſſionis ſumma fuit, ſatanę omnibuſq; ſatanæ operibus, ac pompis omnibus renuntiare, & vitam ex eius cui ſe filium adſcribi voluit, legibus & voluntate inſtituere; at-

re; atque ita diuino timore imbutus, vitæ correctionis per pœnitẽtiam ſtudio incenſus, & fraterna dilectione affectus vnuſquiſque non tantùm ad priuatæ ac ſingularis, verùm etiam ad communis pacis, fidei, iuſtitiæ, æquitatis, honeſtatis, miſericordiæ ac modeſtiæ, denique ad publicæ etiã ſanctitudinis ſtructuram operas ſuas conferret; officiumq́ue diligenter faceret, mercedem ſuam ab eo, quem impoſſibile eſt mentiri, recepturus.

DE SINGVLIS ORdinum ac perſonarum partibus, & officiis ad dictatum examinandis.

IAM verò ſi pietatis atque religionis mundæ & immaculatæ apud Deum patrem, tria hæc ab PARS V. Iac. 1.

omnibus obſeruarentur capita, multa paſſim huius exercitationis & pulcherrima ſpectarentur exempla, quorũ ſumma illa eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatũ ſe præbere ab hoc ſæculo; atq; ex his actionum omniũ veluti fontibus, hoc eſt ex Dei timore, pœnitentiæ ſtudio, & charitatis cura ſingulorum ordinum ac perſonarum omnium officia facilè ac rectè conſtarent; totum Chriſtianæ reipub. corpus à planta pedis vſq. ad caput rectius, quàm nũc videmus, valeret, & per ſingula membra ſuis muneribus & commoditatibus egregiè fungeretur; nihilque profecto laboris, nihil diſcordiæ inter varios hominum ordines, ſed veræ ac mutuæ commoditatis plurimus vſus eſſet: nõ enim ordi-

ordinum aut miniſteriorum aut munerum varietas in Chriſtiano populo improbatur, immò maximè commendatur & probatur, vtilitatisq; plurimum habere cognoſcitur, vbi ex Dei pręceptis et inſtitutis inſtructa exercitaq; fuerit. Namque, vt Paulus admonet, 1 Cor. 12
" corpus nõ eſt vnum membrum,
" ſed multa. Si dixerit pes, quoniam
" non ſum manus, non ſum de cor-
" pore; num ideò non eſt de corpo-
" re? & ſi dixerit auris, quoniam nõ
" ſum oculus, non ſum de corpore;
" num ideò non eſt de corpore? Si
" totum corpus oculus, vbi audi-
" tus? ſi totum auditus, vbi odora-
" tus? Nunc autem poſuit Deus
" membra, vnumquodq; eorum in
" corpore ſicut voluit. & paulò pòſt
" ſubiungit: Vt non ſit ſchiſma in
" corpore, ſed idipſum pro inuicem

„ſollicita ſint membra. Et ſi quid „patitur vnum membrum, com„patiuntur omnia membra: ſiue „gloriatur vnum membrum, con„gaudent omnia membra. Vos au„tem eſtis corpus Chriſti, & mem„bra de membro. Hanc quidẽ rem vbi ſingula membra ſibi perſuaſerint, & timore Domini imbuta, pœnitentiq́ue ſtudio incitata, atque dilectionis fraternæ ardore incenſa, ſuas partes cognouerint, non dubium eſt, quin & ſanctè & diligẽter actura expleturaq́; ſint.

Paſtorũ & rectorum officium.

Atque vt à primis Chriſtianę reipub. ordinibus incipiamus, manifeſtum eſt rectorum & gubernatorum, atque eorum à quibus cęteri ducuntur, officium eſſe, & Dei imprimis honorem, & Chriſtianorum eam quæ ad animos pertinet, ſalutem, quæq́; ad cor-

pora

pora etiam ſpectat honeſtá commoditatem curare, ſuamq́; muneris & ſolicitudinis partē, quam vnuſquiſque ſuſceperit, fideliter ac ſedulò exercere: neque otio, ſegnitiei, aut delitiis aut voluptatibus, luxuiq́; vacare: ſed nocte átque die, quamuis eſurientes ac ſitientes, quamuis damnis affectos grauibus ſui ipſorū periculis ſubitis & aditis, etiam cum vitæ diſcrimine; tamen vti bonos, probatos & fideles miniſtros ac ſeruos decet: & ſicut ille probus alieni gregis cuſtos de pecoribus in cuſtodiam ſuſceptis à ſe curatum affirmabat. Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ ſteriles nō fuerunt; arietes gregis tui non comedi: nec captum à beſtia oſtēdi tibi: ego damnum omne reddebam; quidquid furtim peribat, à Gen. 31.

me

„ me exigebas: die noctuq́ue æſtu
„ vrebar, & gelu; fugiebatq́ue ſom-
nus ab oculis meis. & ille etiam
optimus paſtor non leuiora aut
minus difficilia ſibi ſubita officia
1 Reg. 17 ſignificabat. Paſcebat ſeruus tuus
„ patris ſui gregem, & veniebat leo
„ vel vrſus, & tollebat arietem de
„ medio gregis, & perſequebar eos,
„ & percutiebam, eruebamq́ue de
„ ore eorum; & illi conſurgebant
„ aduerſum me, & apprehēdebam
„ mentum eorum, & ſuffocabam,
interficiebamq́ue eos. Huiuſmodi curam, diligentiam, fidem & ſedulitatem pro ſuſceptis ouibus & capris mutis & brutis animantibus, ne damnum domino daretur, ſancti illi paſtores cùm ſubierint, quodnam officij genus exhibere oportuerit eos qui populum Domini Iacob paſcunt, & Iſraël heredi-

hereditatem Dei cuſtodiunt? vt Pſal. 77.
paſcant eos in innocentia cordis "
ſui, & in intellectibus manuum "
ſuarum deducant eos: quos non
terreni aut mortalis, ſed æterni &
immortalis Domini greges eſſe
ſciunt, non corruptibilibus auro 1 Pet. 1.
& argento, ſed pretioſo ſanguine "
quaſi agni immaculati Chriſti & "
incontaminati redẽptos. Oportet
autem eos non in alienis, verùm
in ipſis Domini pratis ac paſcuis
deduci atq. paſci, quẽadmodum
& Chriſtus ipſe curauit, & paſto-
ribus, quorum munere hi legiti-
mè funguntur, curandũ ſummo
ſtudio, non ſemel, ſed iterum at-
que tertiò commendauit, rogãs:
Simon Iohannis diligis me plus Iohã. 21.
his? cui cùm ille reſpondiſſet, etiã "
Domine, tu ſcis quia amo te: dicit "
ei, Paſce agnos meos. Dicit ei ite- "
rum:

„ rum: Simon Iohannis, diligis me?
„ aientiq́ue etiam Domine, tu ſcis
„ quia amo te, dixit: Paſce agnos
„ meos. Dixitq́ue ei tertiò: Simon
„ Iohannis, amas me? cumq́ue ille
„ tertiò reſpondiſſet: Domine, tu
„ omnia ſcis, tu ſcis quia amo te: di-
cit ei, Paſce oues meas: tanto ſtu-
dio, tantoq́ue affectu hanc curam
paſtoribus commendauit Chri-
ſtus, quam antiqui illi à ſe reli-
gioſiſſimè ſuſceptã, ſtudioſiſſimè
adhibitam, fideliſſimeq; exerci-
tam fuiſſe gloriantur, atque hoc
2. Cor. 1. nomine ſibi placent. In laboribus
„ plurimis, in carceribus abundan-
„ tius, in plagis ſupra modum, in
„ mortibus frequenter, à Iudæis
„ quinquies quadragenas vna mi-
„ nus accepi. Ter virgis cæſus ſum,
„ ſemel lapidatus ſum, ter naufra-
„ giũ feci, nocte & die in profundũ
maris

maris fui,in itineribus ſæpe, peri- "
culis fluminũ,periculis latronum, "
periculis ex genere, periculis ex "
gẽtibus, periculis in ciuitate,peri "
culis in ſolitudine,periculis in ma "
ri, periculis in falſis fratribus, in "
labore & ęrũna,in vigilijs multis, "
in fame & ſiti, in ieiuniis multis, "
in frigore & nuditate: præter illa "
quę extrinſec⁹ ſunt, inſtãtia mea, "
& quotidiana ſolicitudo omniũ "
Eccleſiarum. Quis infirmatur,& "
ego non infirmor? quis ſcandali- "
zatur,& ego nõ vror? Hæc omnia "
ſibi commiſſarum animarum ſalutis cauſa perlata, non ſolũ gratulabatur Apoſtolus, ſed, vt iam ſignificauimus,vehementer gaudebat his curis & laboribus ſubeundis Domino ſuo probari;quãobrem ſubiunxit, Libenter igitur "
gloriabor in infirmitatibus meis, "

„ vt inhabitet in me virtus Chriſti.
„ propter quod placeo mihi in infirmitatibus, hoc eſt in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Simili animo atq; pari ſtudio cęteri etiam ſancti Euangelij mini-
Actor. 5. „ ſtri acti atque ducti ibant, gauden
„ tes à conſpectu concilij, quoniam
„ digni habiti ſunt pro nomine Ie-
„ ſu contumeliam pati. Omni au-
„ tem die non ceſſabant in templo
„ & circa domos docẽtes & euãge-
„ lizãtes Chriſtũ Ieſum. Huiuſmodi ſtudia atq; facta, huiuſmodi exẽpla ſemper Deus à miniſtris ſuis, atq; à paſtoribus exigit, cũ opus fuerit, edẽda. Quando autẽ opus nõ eſt? quodnam tẽpus miniſterij ſtrenuè exercendi occaſione & commoditate vacat? qua ratione, quóue colore otiari aut oues negligere

gligere licet? Quòd ſi nulla ſint pericula, ſi omnia pacata, omnia quieta maximè fuerint; nũquam tamen ea quæ ad animarum ſalutem pertinent, agendi aut occaſio aut commoditas deeſt, nunquam deeſt facultas Domini gratiæ atque dilectionis conciliandæ ac ſibi augendæ cauſſa, atq. etiam huiuſmodi querelæ & reprehenſionis vitandæ. Væ paſtoribus Iſraël Ezech. 34.
" qui paſcebant ſemetipſos; nónne
" greges à paſtoribus paſcũtur? Lac
" comedebatis, & lanis operiebamini,
" & quod craſſum erat occidebatis;
" gregem autem meũ non paſcebatis:
" quod infirmum fuit non conſolidaſtis,
" & quod ægrotũ non ſanaſtis: quod confractum eſt
" non alligaſtis; & quod abiectum
" eſt, non reduxiſtis; & quod perierat
" non quæſiſtis: ſed cũ auſteri-

„ tate imperabatis eis, & cum po-
„ tentia. Et diſperſæ ſunt oues meę,
„ eo quòd non eſſet paſtor, & factæ
„ ſunt in deuorationem omnium
„ beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt.
„ Errauerunt greges mei in cunctis
„ mõtibus, & in vniuerſo colle ex-
„ celſo, & ſuper omnem faciẽ terræ
„ diſperſi ſunt greges mei; & non
„ erat qui requireret, non erat in-
„ quam qui requireret. Propterea
„ paſtores audite verbum Domini;
„ viuo ego, dicit Dominus Deus,
„ quia pro eo quòd facti ſunt gre-
„ ges mei in rapinam, & oues meæ
„ in deuorationem omniũ beſtiarũ
„ agri, eo quòd non eſſet paſtor; ne-
„ que enim quæſierũt paſtores mei
„ gregem meum, ſed paſcebant pa-
„ ſtores ſemetipſos, & greges meos
„ non paſcebãt: propterea paſtores
„ audite verbum Domini: hęc dicit

Domi-

Dominus Deus. Ecce ego ipſe ſu- "
per paſtores, requiram gregem "
meum de manu eorum. His que-
relis & minis horrendis Domini
Dei, ſimiles illæ etiam reprehen-
ſiones ſunt à Chriſto pronuntiatę
aduerſus deſides, ambitioſos, aua-
ros, atque negligentes populi gre-
gisq́ue ſui miniſtros & paſtores.
Væ vobis legiſperitis, quia onera- Luc. 11.
tis homines oneribus quæ porta- "
re non poſſunt; & ipſi vno digito "
veſtro non tangitis ſarcinas. Væ Mat. 23.
vobis Scribæ & Phariſęi hypocri- "
tæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris "
dealbatis, quæ à foris parent ho- "
minibus ſpecioſa, intus verò ple- "
na ſunt oſſibus mortuorum & "
omni ſpurcitia. Huiuſmodi Spiri-
tus ſancti reprehẽſiones & minas
qui formidauerint paſtores & mi-
niſtri, negotiis aliis quæ ipſorum

munus non ſpectant, vel etiã impediunt, relictis, omni diligentia ac ſedulitate in eam curam incũbent, quam ſibi diuinitùs mãdãtam commiſſamque cognouere: neque ſatis eſſe ducẽt aliis eccleſias ſuas gubernãdas tradere, quibus merces diligenter, officium verò leuiter curetur, aut aliis, à quibus pueri nihil aliud quã precationes memoriter ediſcendas doceantur, aliud prӕterea vel agere vel intelligere per ӕtatem nondum valentes: Immò ipſimet nullis neque laboribus fatigati, neque periculis territi, neque difficultatibus conſternati, Dei gregem inuiſere, reuiſere, recenſere, agnoſcere, ad veram & ſolidam pietatem inſtituere, omniũ ӕtatum atque ordinum rationem curamque habere nunquam deſinent.

ſinent. Graue quidem munus, hoc eſt, & ſudoris laboriſque plenum, verùm domino ipſi gregum, gratiſſimum, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis: & auxilium iis qui rectè miniſtrare ſtuduerint, pollicitus, nunquam ſubducet. Ecce ego, inquit, vo-“ biſcum ſum vſque ad cõſumma-“ tionem ſæculi. “

MAGNA verò religione, magnoque metu cauere oportet vnumquemque, ac ſibi proſpicere, ne ad huiuſmodi præclara miniſteria, vel ambitione, vel auaritia, vel largitionibus, ambitu, prenſationibus, aut aliis artibus adductus deprehendatur à iuſto illo iudice, quem neque acta neque humana latent cogitata, neque quiſquam hoc ſua voluntate, opera, atque indu-

ſtria petere aut poſtulare, neque niſi legitimè electus adire, imò neque etiam ſuſcipere tutò poſſit, qui virtutibus atque artibus iis inſtructus non fuerit; quas à Spiritu ſancto deſcriptas & expreſſas legere & cognoſcere eſt.
Tit. 1. Oportet enim epiſcopum ſine
» crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſa-
» torem: non ſuperbum, non ira-
» cundum, non vinolentum, non
» percuſſorem, non turpis lucri cu-
» pidum: ſed hoſpitalem, beni-
» gnum, ſobrium, iuſtum, ſanctum,
» continentem, amplectentē eum
» qui ſecundum doctrinam eſt, fi-
» delem ſermonem, vt potens ſit
» exhortari in doctrina ſana, & eos
» qui contradicunt arguere. Huiuſmodi virtutibus atque artibus inſtructus paſtor vbi contigerit, optimè cum grege agetur, mi-
nus,

nus profectò morborum, veterni minus, putridique vlceris multo minus in ſingulis pecudibus viſetur, non tantum erroris, falſitatis, deceptionis, ſuperſtitionis deprehendetur. Denique non inſueta graues tentabunt pabula fœtas, nec mala vicini pecoris contagia lædent. Imò contrà potius quo tempore ſupremus Dominus gregem ſuum optimis paſtoribus curatum viſitabit, & purum & mundum inueniet, ab omni falſa impiaque doctrina alienum, erroribus carentem, vera diſciplina ſolidaque inſtitutione inſtructum, ſanum, pinguem, decoris & honeſtatis plenum, vtpote veris & ſaluberrimis diuinæ doctrinę pabulis enutritum: quæ res & ipſi imprimis Domino gratiſſima fue-

rit, & certiſſimum atque præſtantiſſimum præmium paſtoribus comparabit: quale quantumque ſuis in Euangelio coadiutoribus ſperandum, Apoſtolorum primus Petrus proponebat. Seniores ergo quæ in vobis ſunt obſecro conſenior ego & teſtis Chriſti paſſionum, qui & eius, quæ in futuro reuelanda eſt, gloriæ communicator: Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes, non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum; neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè; neque dominantes in cleris, ſed formæ facti gregi ex animo; & cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.

1 Petr. 5.

Miniſtrorum eccleſiaſticorũ ſingulorũ officium.

In publicis etiam atque priuatis aliorum prælatorum & prępoſito-

poſitorum atque antiſtitum, tam clericorum, quos ſæculares vocant, quàm monachorum, & monialium, denique omnium huiuſmodi ordinum moribus, illa tria, quæ iam expoſita ſunt, capita ſi diligenter obſeruentur, magnam & apertiſſimam vtilitatem allatura eſſe non dubitamus ad diuinam gratiam conciliandam, & ad eos qui apud huiuſmodi ordines in Eccleſia Chriſtiana militant: Vbi enim timor Domini, vbi pœnitentiæ ſtudium, vbi fraternæ charitatis incenſa virtus vigent, ibidem neque ſuperbia, neque ambitio, neque odium, neque iniquitas, neque detractio, neque pompa & faſtus, neque cætera vitia, quæ aduerſus animam atque contra vitæ honeſtatem bellum gerere

ſolent, locum habẽt: quin potius honeſtas, modeſtia, æquitas, pax, concordia, clementia, miſericordia & continentia, vrbanitas, grauitas, atque harum virtutum comites ac ſociæ omnes verſantur, quæ ex illis tribus capitibus tanquam ex fontibus promanant. Inferiores à ſuperioribus paterno ſtudio atque affectu reguntur, curantur, & corriguntur. Superiores ab inferioribus ac ſubditis tanquam Ieſu redemptoris & communis magiſtri atque præſidis & Domini miniſtri, & vicarij, amantur & obſẽruantur. Atque ab vtriſque illud memoria recolitur, & exemplo ipſo explicatur & exercetur. Reges gen-
Luc. 22. catur & exercetur. Reges gen-
„ tium dominantur eorum, & qui
„ poteſtatem exercent ſuper eos,
„ benefici vocãtur: vos autem non
ſic;

ſic;ſed qui maior eſt in vobis, fiat "
ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, "
ſicut miniſtrator. "

Atqve in his omnibus quæ à nobis dicta ſunt, quæque poſthac dicentur, non quid à ſingulis aut ab omnibus fiat notare, ſed quid ab vnoquoq; fieri oporteat, admonere & exponere animus nobis eſt, vti iam in huius Dictati initio prædicebamus. Illud enim perpetuum nobis ſtudium & cõſtans conſilium eſt præter vllius mortalis offenſionem quid à nobis & à fratribus noſtris communis omnium pręceptor Chriſtus, communis omnium & ſupremus pater cæleſtis exigat, cõmemorare.

Iam verò vt ſingulorum ordinum officia, quæ ſignificare incepimus, vlterius exponẽdo promouea-

Regum, principũ & magiſtratuũ officia.

moueamus; quantum tria illa ſumma Dictati noſtri capita, timor Domini, pœnitentia, & fraterna dilectio, regibus, principibus, & magiſtratibus ad res gerendas prudentiæ & ſapientiæ, dexteritatisq́ue; ad efficiendas verò & abſoluendas, felicitatis, atque adeò ad ſuam ipſorũ ſalutem vtilitatis afferát, ipſa eorum munia atque miniſteria declarát. Siquidẽ huiuſmodi miniſtri à Deo inſtituti ſunt; non qui ſibi ipſis tantùm conſulant & indulgeant, ſed qui populis Dei ea proſpiciant & curent, atque omni ſtudio quærant quęcunque ad veram & ſanctá pietatis culturá, ad publicam honeſtatẽ, ad pacẽ & tranquillitatẽ, ad innocentiá & modeſtiá iuxta diuinę ſapiẽtię pręcepta & inſtituta conferre poſſe intelligantur.

gantur. Eos autem qui talia curare & agere ſtudeant, verè principes ſeſe præbere oportet: neque ſuperbiæ, ambitionis, contentionis, odij, doli, fraudum, auaritiæq; ſeruos eſſe, nec præter verũ & honeſtum quicquam probare, aut quærere, aut admittere; neq. vllius fictionis, ſimulationis, aut calliditatis humanæ artes exempláue ſequi: neq; priuatarum offenſionum, aut etiam ſuarum cupiditatũ explẽdarum cauſſa auctores eſſe, direptionum, exſpoliationũ, atque ruinæ vrbium, ciuitatum & oppidorũ: neq; miſeros Chriſtianos nimiis impoſitionibus & exactionibus vexare: ſed publicæ æquitatis, innocentiæ, atque iuſtitiæ tanquam exemplaria cæteris hominibus ſeſe oſtendere; atq; continentiæ, modeſtiæ, pietatiſq;
om-

omnis normam priuatis etiam ipſorum moribus exhibere; atq; non minus quàm cæteros omnes Chriſtianos illi fœderi adſtrictos ſeſe exiſtimare quod in ſacroſancto baptiſmo ſubierint; neceſſariamq; illam abrenuntiationem ſatanæ pompis & operibus factá diligenter ac ſanctè obſeruare. Quæ ſi rectè obſeruentur, neque quiſquam aliorum Chriſtianorũ regna, vrbes, oppida & iura ĩnuadet aut occupabit, neque iniuſtè occupata retinebit. Atque hoc pacto non ipſos tãtùm principes, ſed cæteros omnes à principibus gubernatos Chriſtianos mutua charitas & admirabilis pax in officio contineret; honeſtas eximia decoraret; grauitas & auctoritas ornaret; iuſtitia in populis vigeret; diuini honoris ſtudio omnia

fer-

feruerent, ſanctorumque præceptorum atque inſtitutorum exẽplis complerentur: denique ſanctiſſimum illud promiſſum communibus votis, conſiliis, operibus & moribus præſtaretur, quod ab omnibus, nullo excepto, Chriſtianis in baptiſmo factum eſt. Nam ſi ipſa ſimplex & recta ratio regiæ atque imperatoriȩ, principiſq́; auctoritatis diligẽter ſpectetur, illud manifeſtum fiet: huiuſmodi ſummas & ampliſſimas dignitates à Deo propter eam cauſam inſtitutas, vt qui iis funguntur, ſanctarum legum curatores, aſſertores & vindices, populorũque patres appellentur & ſint, iuraque rectiſſimè dent, atq; diuina iudicia aduerſus nocẽtes, legumque tranſgreſſores exerceãt, manifeſtarios malefactores è medio

tollant,

toliant, pauperiores & inopes ab opulentorum & potentiorum atque ditiorum iniuſta oppreſſione, innocentes ab improborum audacia defendāt, pupillos atque viduas tueantur: denique omnia totius reipublicæ membra, & prima & poſtrema, & ſumma & infima in magna pace atque concordia, in tranquillitate & ſecuritate continere & conſeruare ſtudeant. Hæc, inquam, veriſſima cauſſa eſt: quamobrem regũ, principum, ſummorumque gubernatorum dignitas auctore Deo conſtat, ex qua conſequitur pomparum & faſtus, vel deliciarũ vſum, libidinoſæ dominationis facultatem, affectatæ ambitionis ſtudia, & quæ hinc proficiſcuntur ſumptuoſiſſima rerum & animarum atque capitum diſpendia & pericula,

cula, nimioſque ſubditorũ labores & ſumptus, & Deo ipſi ingratiſſima, & populis eſſe grauiſſima.

NEQVE verò regum aut principum munus eſſe dicimus tantùm, cæteros homines in religione, pietate, honeſtate, atque Dei timore inſtituendos, continendos & conſeruandos curare, miniſtroſque ſeſe præbere voluntatis diuinæ, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ; ſed etiam proprium ipſorũ, quatenus principes ſunt, officium eſt, diuinam legem cognoſcere atque diligenter attendere, obſeruare & colere, Dominiq; timore illo ſancto in omni actione, atque adminiſtratione duci. Quemadmodum ſingulari illo præcepto Deut. 17
ſancitũ eſt: Poſtquam ſederit rex "
in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi "
Deuteronomium legis huius in- "

„ volumine, accipiens exemplar à
„ ſacerdotibus Leuiticæ tribus, &
„ habebit ſecum, legetque illum
„ omnibus diebus vitæ ſuæ, vt di-
„ ſcat timere Dominum Deum
„ ſuum, & cuſtodire verba & ſta-
„ tuta eius quæ in lege præcepta
„ ſunt. Neque eleuetur cor eius in
„ ſuperbiam ſuper fratres ſuos, ne-
„ que declinet in partem dexteram
„ vel ſiniſtram, non habebit vxores
„ plurimas quæ alliciant animum
„ eius, neque argenti & auri immē-
„ ſa pondera; ne his rebus fiſus, in
auaritiam & cupiditatem rapia-
tur, quam omnium malorum ra-
dicem & idolorum ſeruitutem
1.Tim.6. Apoſtolus eſſe ait. Non reſpiciet
„ perſonam in iudicio, neque dona;
„ xenia enim & dona excæcant o-
Eccl. 20. culos iudicum; atq; in illam hor-
rendam deteſtationis ſententiam
intru-

intrudunt, quæ aduerſus eos qui iudicium peruerterint, eſt pronũciata: Maledictus qui peruertit iudiciũ. Cuius execrabilis exẽpli illi iudices & magiſtratus dánati ſunt, de quibus ſcriptum eſt: Declinauerunt poſt auaritiam; acceperunt munera, & peruerterunt iudicium. Deu.27. "" "" I. Sam.8 "" "" "" ""

Cùm verò fieri omnino nequeat, vt vnius tantùm Principis cura, ſtudio & opera tot regiones, vrbes & oppida gubernẽtur, quot in Chriſtiano regno eſſe contigerit; diuina prouidentia conſtitutũ eſt, vt iudices, magiſtratus, aliique rerum publicarum miniſtri aſſumantur, quibus illius curæ partes demandatæ, creditæ atque ſuſceptæ, ſedulò ac diligenter agãtur. Magiſtratus partes.

S. S.E. Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis quas Deu.16. ""

„ Dominus Deus tuus dederit tibi
„ per ſingulas tribus tuas, vt iudi-
„ cent populum iuſto iudicio, nec
„ in alteram partem declinẽt. Non
„ accipies perſonam nec munera,
„ quia munera excæcant oculos ſa-
„ pientum, & mutant verba iuſto-
„ rum: iuſtè quod iuſtum eſt perſe-
Exodi 18 queris. Et alio in loco: Prouide, in-
„ quit ſpiritus ſanctus, de omni ple-
„ be viros ſapientes, & timentes
„ Deum, in quibus ſit veritas, &
„ qui oderint auaritiam, & conſti-
„ tue ex eis tribunos & centurio-
„ nes, & quinquagenarios & deca-
„ nos, qui iudicent populum omni
„ tempore, &c. Cuiuſmodi viros
2 Par. 19. „ cùm delegiſſet Ioſaphat, ſic ex-
„ hortatus monebat, Videte quid
„ faciatis: non enim hominis exer-
„ cetis iudicium, ſed Domini: &
„ quodcunque iudicaueritis, in vos
redun-

redundabit. Sit timor Domini ‹‹
vobiſcum, & cũ diligentia cuncta ‹‹
facite. Non eſt enim apud Do- ‹‹
minum Deum noſtrum iniqui- ‹‹
tas, nec perſonarum acceptio, nec ‹‹
cupido munerum. Sic agetis in ‹‹
timore Domini fideliter & in cor ‹‹
de perfecto. Atque hác rationem ab iis qui Deo probati ſunt principibus & magiſtratibus obſeruatam fuiſſe, ſacræ nobis teſtantur hiſtoriæ.

Tanto verò ſanctiores oportet eſſe Chriſtianos principes & magiſtratus, tãto maiore ſtudio iuris atque æquitatis calere, quãto perfectius teſtamentum quã illi antiqui ſortiti ſunt, tũ propter manifeſtam diuinorum præceptorũ expoſitionem à Chriſto Apoſtoliſque Chriſti editam, tum etiam propter abundantiorem gratiam

huius ætatis cultoribus promiſſam & paratam. Valde enim alienum ab horum officio eſt, diuinorum præceptorum obſeruantiam atq; ſanctitatem vel exemplo vel neglectione violare, atque eos qui diuinam legem perpetuò legere, euoluere, & meditari iubentur, neque ad dexteram neq; ad ſiniſtram à iure ipſo declinare permiſſos, in delitiarum, faſtus, ambitionis, atque auaritiæ ſtudiis & inuētionibus perpetuò verſari, condereq́ue velle aut obtrudere leges quæ ad ipſorū dominantium libidinem, amplitudinem, cupiditatem, & maieſtatem, quam vocāt, atque ad varias auctoritatis, præeminentiarum, reputationumq́ue appellatas formas quotidie excogitatas magis, quàm ad verum Dei cultum popu-

pulo-

pulorumq́ue ſalutem, faciát. Prę-
terea illa vel maxima peruerſitas
atque Dei iudicio improbatiſſi-
ma eſt, vt vel principes vel magi-
ſtratus principe minores, ex mi-
niſteriorum publicorum præmiis
diuitias patrimoniaq́ue ampliſſi-
ma hæredibus relinquenda com-
parare ſibi velint: & non cōtēti
honeſta laborū mercede, hoc eſt
victus modeſti vſu, cupiditate a-
gantur nunquam explēda opum
atque pecuniæ, vel ex principum
donis, vel ex publico ærario cor-
rogandæ, atque in eam rem ani-
mum, ingeniū, & neruos omnes
intendere, vt domus atq; familiæ
propriæ amplificentur, & nomina
in terris perpetua relinquantur,
longa hæredum poſteritate ſtabi-
liēda magis quàm virtutis, inno-
centiæ, ſanctitatis, & fortitudinis
 monu-

monumentis & exemplis cele-
branda.

Samuel Ramatha paruo oppi-
do eodemq́ue montano ortus, ab
infantia in tẽpli ſacris miniſteriis
exercitatus, à parẽtibus ſuis veſti-
mentum ſingulis annis ex patri-
monij nimirũ tenuitate habebat.
Idem vir adultus & maturus rẽ-
publicam gerendam ex Dei con-
ſilio capeſſit, & ſummum in bello
imperium, & maximũ reipublicę
omnis duodecim tribuũ populis
frequentiſſimæ, opibus florentiſ-
ſimæ, rerum copia refertiſſimæ
clauum princeps, iudex, guberna-
torq́; totos ferè quadraginta an-
nos tenuit, laboribus, curis, vigi-
liis atque perpetuis actionibus, vt
ſi quiſpiam alius, maximè inten-
tus; neque tamen toto hoc tem-
pore aut patrimonium auxit, aut

patriæ

patrię locum exiguum illuſtriori ciuitate, in ſua ſaltē tribu, mutauit; vel otio, aut delitiis, aut variis variorū locorum cōmoditatibus voluptatis cauſa vſus eſt: ſed reſtituta & recuperata bello omni Iſraëlitarum re, pace per omnē regionem compoſita, ad ius dicendum certis conuentibus per oportuna tempora frequētatis, ne cuiquam vel ciuitati, vel familiæ, vel homini moleſtus aut grauis eſſet, domum ad ſuam tenuitatem redibat, vbi neq; à negotiis vacabat, neque diuini cultus promouendi vllam oportunitatem prætermittebat. S.S.E. Facta eſt itaq; manus 1 Reg. 7.
" Domini ſuper Philiſthæos cūctis
" diebus Samuelis; & redditæ ſunt
" vrbes quas tulerāt Philiſthiim ab
" Iſraël, Iſraëli, ab Accaron vſque
" Geth, & terminos ſuos, liberauit-

„ que Iſraël de manu Philiſthino-
„ rum, eratque pax inter Iſraël &
„ Amorrhæum; iudicabat quoque
„ Samuel Iſraëlem cunctis diebus
„ vitæ ſuæ; & ibat per ſingulos an-
„ nos circuiens Bethel, & Galgala,
„ & Maſphath; & iudicabat Iſraëlẽ
„ in ſupradictis locis. Reuerteba-
„ turq; in Ramatha; ibi enim erat
„ domus eius, & ibi iudicabat Iſ-
„ raëlem, ędificauit etiam ibi altare
Domino. Huius exẽpli breui de-
ſcriptione manifeſtè nobis ſpiri-
tus ſanctus indicat quanta diligẽ-
tia, ſedulitate, innocentia, pietate,
continentia & abſtinentia vir ille
& ſummum in bello imperiũ &
principem in pace magiſtratum
peregerit. Qui cùm poſtea abdi-
catus eſſet, regique delecto partes
ſuas cõceſſiſſet, neque ditior, neq;
locupletior, neque familiæ ſplen-
dore

dore aut cõmoditate auctior euaſit, ſed ad eandẽ in qua natus fuerat conditionem rediit. Abiit autem Samuel in Ramatha, vbi reliquum vitæ tẽpus tranſegit: neq; enim aut palatia, aut magnificas ædes, vel in Ramatha, vel in alio illuſtriori loco cõſtruxerat, neque etiam magnificentiſſimũ ſepulchrum morituro ſibi parauerat, quo vel apud Hieroſolymos, vel apud aliá aliquá ex vrbibus bello receptis titulis exornato famã ſuã poſteritati cõmendaret. Sed mor- 1 Reg. 25
tuus eſt Samuel, & congregatus ,,
eſt vniuerſus Iſraël, & planxerũt ,,
eum, & ſepelierũt eum in domo ,,
ſua in Ramatha. ,,

Nam qui ex magiſtratuũ ſtipẽdiis diuites opulentiq; fieri volũt, vel regium vel publicũ ærarium exhauriãt neceſſe eſt, atq; ea tol-
lant

lant quæ in alios publicos vſus vtiliùs expenderentur, & honeſtiùs; publico autẽ ęrario exhauſto populũ nouis & grauibus tributis vexari cõſequetur; atq; ita paucorum diuitiæ & opes cumulatæ multorũ paupertatem & inopiã efficiunt. Quàm verò huiuſmodi cupida ſtudia Deũ offendãt, apertè declarat propheta. Væ qui con-

Eſaiæ 5. » iungitis domũ ad domũ, & agrũ
» agro copulatis vſq; ad terminum
» loci. Nũquid habitabitis vos ſoli
» in medio terræ? In auribus meis,
» hæc dicit Dñs exercituũ, niſi do-
» mus multæ deſertę fuerint, gran-
» des & pulchræ abſq; habitatore.

Quòd ſi minus decet Chriſtianũ magiſtratum ex miniſterij ſui auctioribus ſtipẽdiis diuitias ſibi cumulare, nedũ execrandũ deteſtabileq; apud Deũ ſit, ex perſonarũ

acce-

acceptione,ex iniuria,rapina,fraude,muneribus,direptionibus, calumniis ac dolis rem , opes & dignitatẽ augere. Aurũ, argẽtumq; multiplicare reges, principes & magiſtratus vetat Deus. Quippe auri argentiq; fames ad ſcelus atque nefas quodcumq; quos inuaſit,animos impellit: populorũ direptionibus,grauiſſimis vectigalibus,atq; adeò inimicitiis,bellis & pugnis inter ipſos principes & potentiores viros cõmittendis, ſubditorũ cladibus ac necibus,& abominãdis aliis ſceleribus,quæ per milites patrantur; demũ multarũ animarũ exitio cauſam affert,ſicut ipſe diuinus ſpiritus declarat:
Vnde bella &lites in vobis?Nõne Iacob. 4.
hinc,ex cõcupiſcentiis veſtris quę „
militant in mẽbris veſtris? Cõcu- „
piſcitis,& nõ habetis: occiditis,& „

zelatis,

„ zelatis,& nõ poteſtis adipiſci: liti-
„ gatis & belligeratis,& nõ habetis
„ propter quod nõ poſtulatis: peti-
„ tis,& non accipitis,eo quòd malè
„ petatis,vt in concupiſcẽtiis veſtris
inſumatis. Dumq; hoc modo inter eos qui fidẽ profitẽtur &pietatẽ colere ſe exiſtimãt, res gerũtur: Chriſtiana reſpub. & pietas vera atteritur,& imminuitur;barbara & impia hoſtiũ Chriſti imperia& regna augẽtur & creſcunt,hęreſes & perditiſſimarũ ſectarũ errores indies magis pullulant & inualeſcunt. Summũ & illuſtre caſtitatis & continentiæ exemplum in ſuis Deus principibus ſtatuit: Nõ habebit,inquiẽs,vxores plurimas, quæ alliciant animũ eius. Hoc Iſraẽlitici illius populi antiquis regibus non licuit: licebit ne ergo Chriſtianis principibus earũ fœmina-

minarum quas vitiauerint, violauerint, honore & fama priuauerint, atq; ad turpitudinē & vitiū pellexerint, earū etiā quas ad idē ſcelus vel animo & voto concipiendum turpi exemplo induxerint, neſcire numerū? vetitum eſt diuino præcepto regibus ac principibus Deo probandis cor in ſuperbia ſuper fratres ſuos tollere. immane ergo nefas fuerit erga ſubditos Chriſtianos inhumanitate, ſuperbia, ambitione, faſtu, arrogantia, inſolentia, crudelitate ac tyrannide vti; perindeque ipſis abuti atq; ſeruis barbariſſimis ęre proprio ad voluptatum, libidinū, delitiarum, luxus & faſtus cōmoditatem & facultatem coëmptis. vetat Deus quemquā principatū, ſummamq; rerū aut ambire, aut ſibi arrogare, aut alia ratione quę-

rere; neq; quemquam populi ſui Dominum eſſe vult, præter eos quos vel gratia auctoritateq́; ſua delectos, vel iuſto hæreditatis iure declaratos eſſe cõſtet. Quamobrem minimè licere affirmamus cuiquã Chriſtiano & Dei iudiciũ metuenti, atq; diſcipulũ profeſſo homini, vel gratia & populari captatione ac prenſatione, vel vi, fraude, dolo, vel precio & muneribus aut promiſſis aliorũ principum loca vel iura inuadere, occupare, aut occupata iniuſtè retinere. Barbarũ enim & inhumanum, atque à Chriſtiana doctrina prorſus alienum hoc eſt, gentiliumq́; tyrannorum atq; peruerſorum infideliũ inſtar habet, potentiſſimisq́; tormẽtis & grauiſſimis obnoxiũ iudicium expectat.

Iam verò cùm regũ atq; prin-

cipum

cipum coadiutores miniſtros ex optimis & maximè idoneis, atq: ab auaritia ambitioneque procul remotis deligi Deus iubeat; peruerſi apud Chriſtianos moris fuerit, ſi ad Eccleſiaſtica & laica miniſteria obeunda ij conſtituantur qui vel ambitu vel largitionibus vel arrogantia & oſtẽtationibus, vel aliis huiuſmodi artibus ad munia obeunda ſeſe ingeſſerint; atq; illud etiam longè peſſimum iudicabitur; ſi gratia tantũ principum, præter omnẽ dignitatem & facultatẽ, aut aliorũ miniſteriorũ mercedis nomine, aut prece aut precio aut fœminarũ commendatione aut alia rerũ humanarũ ratione, indigni aliàs vel minus idonei, vel etiam impuri, auari, & ambitioſi magiſtratum aſſequãtur. Quòd ſi principes & magi-

Q ſtratus

„ ſuum deridebit,&veritatem non
„ loquetur;docuerunt enim linguã
„ ſuam loqui mendaciũ , vt iniquè
„ agerent,laborauerũt.Hæc omnia
euenjunt vbi timoris diuini , pietatis veræ,ac ſanctæ iuſtitiæ & iudicij ratio à principibus & magiſtratibus negligitur: ex quo malo furta,latrocinia,homicidia, adulteria , ſcortationes , blaſphemiæ: periuria,vſuræ,diſciplinę paternę contemptio,& irreuerẽtia aduerſum ſuperiores , diuinorũ deniq; præceptorũ obliuio vel neglectio, cæteraq; vitiorum ac flagitiorum horrenda mõſtra oriuntur & exiſtũt;quorũ exempla præter æternum exitium,in quod præcipites homines rapiuntur,in cauſa ſunt, vt Chriſtus , Chriſtiq; puriſſima ac ſanctiſſima religio à barbaris infidelibusq; nationibus, atque à

perſidis

perfidis Iudæis non ſolũ contemptui ac deſpectioni habeatur, ſed crebris probris & maledictis impetatur, videntibus nimirum ac notantibus illis Chriſtianorũ ciuitates & reſp. homicidis, fœneratoribus, vſurariis, doloſis, inſidiatoribus, calumniatoribus, latronibus, furibus, fraudulẽtis, lenonibus, meretricibus, ſcortis, adulteris, aliiſq; nefandis flagitiis plenas, odio, inuidia, ſuſpicione, offenſioneq; refertas, pacis ac ſinceræ fidei vſu carẽtes: deniq; omni iniuria & carnali licentia, omniq́ue fraudis & calliditatis commento ferueẽtes. Quæ omnia ſcelera ac vitia illinc exulant, vbi decoris & honeſti Chriſtiani, vbi diuinorum præceptorũ ſtudium & cura apud principes & magiſtratus viget, vbi iniuriæ, facinora, vl-

 tiones,

tiones, contentiones non ad fortitudinẽ aut ſplendorẽ aut celebritatem familiarũ vel perſonarũ, ſed ad ſummum dedecus opprobriumq́; referũtur; vbi plauſibus magnis ſola virtus excipitur: crudelitas verò & iniuria, immodeſtia, inhumanitas, ſuperbia & arrogantia explodũtur. Fieri autem non poteſt in iis locis quibus qui præſunt diligenter conſulunt & proſpiciũt; exemplumq́; ſui ipſorum præbẽt inculpatũ, vt homicidæ, fures, latrones, blaſphemi, adulteri publici, periuri, lenones, vſurarij, fraudulenti, auari, nocẽtes, venefici, diuinatores, incantatores, aliíve quouis modo diuinarum legum contemptores tranſgreſſoresve maneant, & regnent; quin omnes iuxta diuinorum iudiciorum præſcriptũ, quo ad fieri

poteſt,

poteſt, tollantur, vel eiiciãtur, non modò ne ſuis maleficiis & ſceleribus alios lædant, ſed ne rempublicam omnẽ atq; iuuẽtutem imprimis turpi conſuetudine corrũpentes in ſimilia ſcelera impellãt, diſcipulosq́; magiſtris ipſis deteriores producant. Quoniá dociles imitandis turpibus ac prauis omnes ſumus, & vt diuinum oraculũ ait; Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Gen. 8.

Neq; verò vlla ratio patietur, ſi timor Domini, pœnitentia, & fraterna dilectio, ita vt oportet in principibus vigeant, vt, qui diuinarum legum & ſanctionum auctoritate à Christiano prorſus imperio expellendi eſſent, manifeſtarij malefactores, & rerum publicarum turbatores, atq; innocen-

tium ſimpliciumq́; læſores & corruptores, vel in propriis regionibus & patriis viuere permittantur, vel ab aliis etiam principibus excipiantur, foueantur, ac defendantur; aut ſaluis conductis priuilegiisve muniantur. demũ non alantur in pernitiem eorũ principum & magiſtratuũ, vel à quibus aufugerint, vel à quibus recepti fuerint; atq; ita maior legũ reuerentia, minor licẽtia, minor petulãtia, rarior temeritas inter Chriſtianos notaretur.

Neq; enim diuina iuſtitia diuiſa eſt; neq; maleficus, aut impurus, aut perditus quiſpiá vſquam terrarũ tranſlatus Deo placet aut probatur; neq; bonis & piis principibus placere aut admitti ad conſilia, acta aut facta quęcunque debet. Scriptum eſt enim: Quo-

niam non Deus volens iniquitatē Pſalm.5
tu es; neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnes qui operantur iniquitatē; perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Domin⁹. Huiuſmodi verò Dei iudiciū & conſilium eos principes ſequi debere qui Domino ipſi omniumq; principi probari cupiunt & ſtudent, illa ſacra optimi principis profeſſio manifeſtè docet. Perambulabā in Pſal.100
innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Nō proponebā ante oculos meos rem iniuſtā: faciētes prȩuaricationes odiui. Nō adhȩſit mihi cor prauū, declinantē à me malignū non cognoſcebam. Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hūc perſequebar. Superbo oculo,

„& inſatiabili corde,cum hoc non
„edebã. Oculi mei ad fideles terrę,
„vt ſedeant mecũ:ambulans in via
„immaculata , hic mihi miniſtra-
„bat. Non habitabit in medio do-
„mus meę qui facit ſuperbiam;qui
„loquitur iniqua,non direxit in cõ
„ſpectu oculorum meorũ . In ma-
„tutino interficiebã omnes pecca-
„tores terræ,vt diſperderẽ de ciui-
„tate Domini omnes operãtes ini-
quitatẽ. Vna quippe atq; ſimplex diuinæ iuſtitiæ auctoritas, eadẽq; perpetua eſt: cuius vnã eandemq; à principibus omnibus Chriſtianis rationẽ haberi oportuerit: neque vt diuiſam exiſtimari aut exerceri fas eſt , ſed ſimplicem integramq; obſeruari, & ad cõmunis omnium imperatoris voluntatẽ, normam & præſcriptionẽ referri: qui cùm in populo ſuo perfugij

vrbes

vrbes ſiue aſyla conſtituiſſet, quibus ij qui non ex malitia aut inueterato vel confirmato odio deliberatóue conſilio quemquã occidiſſent, euadere vltionẽ poſſent; de cęteris, qui certo animo & propoſito ſcelus ſuſcepiſſent, ita ſtatuit. Si quis autẽ odio habẽs pro- Deu. 19.
ximum ſuũ inſidiatus fuerit vitæ "
eius, ſurgensq́; percuſſerit illũ, & "
mortuus fuerit, fugeritq́; ad vnam "
de ſupradictis vrbibus, mittẽt ſe- "
niores ciuitatis illius, & arripient "
eum de loco effugij, tradẽtque in "
manu proximi, cuius ſanguis ef- "
fuſus eſt, & morietur. Non miſe- "
reberis eius, & auferes noxiũ ſan- "
guinem de Iſraël, vt bene ſit tibi. "
Idemq́; iudicium eſſe exerceriq́; "
iubet aduerſus latrones, fraudulentos, prędones, raptores, adulteros, cęterosq́; manifeſtarios male- Deu. 17. 19. 22. & 24.

facto-

factores, & iuſtitię, veritatis atque honeſtatis violatores publicos, quos omnes ſublatos vult, vt auferatur malũ de medio Iſraël; atq; in ſingulorum ſententiis addit: & auferes malum de medio tui.

Eadem verò Chriſtiana diſciplina cũ cæteros rerum publicarũ miniſtros, iudices, aduocatos, notarios, ſcribas, procuratores, alioſq́ue magiſtratuũ & iudiciorũ ad miniſtros religioſè imbutos ad Dei timorẽ, ad pœnitentiam, fraternamq́; dilectionẽ inſtruxerit: ex fraude, dolo, captione, calũnia, malitioſa iuris interpretatione, & cauſarum protractione, diſcordiæ & litiũ inuentione, ſuperuacanea actorum adinuẽtione, falſa innocentum delatione, vel nocentum iniuſta defenſione quicquã agere, aut ſibi parare non permittet.

Quippe

Quippe doctrina hæc omnē faſtum, luxum & ſuperbiam, ambitionemq́; omnē, omnia deniq; vitia etiā ex rebus innocēter partis nutrita & fota damnat, nedū eadem ſeueriſſimè condēnet, vbi ex Chriſtianorum fratrū ſudore & ſanguine ali, nutriri amplificatiq́; depręhēderit, fraudibus, aſtutiis, & ingeniis callidioribus acquiſita & cōparata, quęq́; peruerſitatē & iniquitatē illam ſuperēt, de qua Deus grauiſſimè apud prophetā cōqueſtus & cōminatus ait. Inuenti ſunt in populo meo Ierem.5
“ impij, inſidiantes, quaſi aucupes,
“ laqueos ponentes & pedicas ad
“ capiendos viros. Sicut decipula
“ plena auibus, ſic domus eorū ple-
“ næ dolo: ideò magnificati ſunt, &
“ ditati, [nimirum ex alieno labore
“ & malo] incraſſati ſunt & impin-

,, gnati; & præterierunt ſermones
,, meos peſſimè. Cauſam viduæ nõ
,, iudicauerunt, cauſam pupilli non
,, direxerunt, & iudiciũ pauperum
,, non iudicauerunt. Nũquid ſuper
,, his non viſitabo, dicit Dominus,
,, aut ſuper gentẽ huiuſmodi non
vlciſcetur anima mea? His omnibus crim: nibus longè abeſſe oportet eos re umpublicarũ miniſtros qui ſaluti ſuæ proſpicientes, piè atq; iuſtè, innocenterq́; viuere inſtituerint; omni rurſus conſilio, omniq́; ſtudio curare vt publicis tum cum priuatis ſingulorum rebus quãiuſtiſſimè, modeſtiſſimè, æquiſſimeq́ue agatur; cauereq́; ne quid vel à potentioribus, vel à ditioribus, vel à callidioribus aduerſus tenues, inopes, atq; ſimpliciores mali aut dãni iniuſtè paretur, cùm manifeſtũ ſit hoc à Domino

dili-

diligẽtiſſimè & ſtudioſiſſimè fuiſ- Iſa.2.
ſe illis commendatũ. Quęrite iu- "
dicium, ſubuenite oppreſſo, iudi- "
cate pupillo, defendite viduam. "

Iam verò ij qui diuitiis opibusq́; Diuitum
valẽt aut valere ſtudẽt, ſi promiſſi officium.
à ſe in ſacro baptiſmate ſuſcepti, & iureiurãdo apud Deũ cõfirmati memores eſſe, ſanctitatemq́; colere ſuæ ſalutis cauſa cupierint, atq; trium repetitorũ capitũ ſummã tenentes exercere & præſtare voluerint, quanto aliter vel diuitiis opibusq́; comparandis operã daturi vel inſumendis & expendẽdis vſuri ſint quàm vulgus diuitũ opulẽtorumq́; ſolet; manifeſtum eſt ex pręceptoris noſtri diſciplina tribus illis capitibus contenta. Si quidẽ timor Domini, pœnitẽtiæ ſtudium, fraterna Chriſtianorum dilectio, neq; iniuſtũ, neq; auarũ,

autinſatiabilem diuitiarũ appetitum, neq; vanum & ſuperuacaneũ, aut ambitioſum, aut priuatũ valde probat vſum: neq; eas commoditates cõmendat quas pecuniæ copia ad delitias & luxuriem affert: imò contrà magis improbat; & iis qui ſalui eſſe cupiũt reiiciendas eſſe affirmat, quibus honeſtatẽ, modeſtiam, tẽperantiam, innocentiam, continentiã, miſericordiam, benignitatẽ & liberalitatem, atq; cętera Chriſtianę pietatis officia ſuadet, omniaque his contraria vitia deteſtatur & diſſuadet, faſtũ, luxum, delitias, voluptates, iniurias, direptiones, oppreſſiones pauperũ, operarũ iniquas redẽptiones, mercedum dilationes, retẽtiones aut fraudationes, fenora, vſuras, monopolia, preciorum nimias taxationes, &

cætera omnia quę vel ipſi agenti turpia, vel fratribus Chriſtianis damnoſa, atq; etiam publicæ vtilitati incõmoda Deo iudice cenſentur. Ná qui populi Chriſtiani homines fratres ſuos eſſe exiſtimarit, atq; eiuſdẽ patris cõmunis, Dei videlicet iuſtiſſimi, miſericordiſſimi, & benigniſſimi filios agnouerit, & ſua ope egere intellexerit, partim donãdo, partim mutuando iuuet oportet, nulla ſpe vel lucri vel fœnoris vel muneris ductus; ſed ob eam rem Deo patri gratulatus, cuius beneficio hanc beneficentiæ erga fratres facultatem fuerit adeptus, quã certiſſimo, optimo, incomparabiliq; pręmio ex diuina liberalitate promiſſo cariturã nõ eſſe ſperet. s.s.e. Benefacite, & mutuũ date, nihil inde ſperãtes, & erit merces veſtra multa, Luc. 6.

,, multa,& eritis filij altiſſimi, quia
,, ipſe benignus eſt ſuper ingratos
,, & malos. Eſtote ergo miſericor-
,, des, ſicut & pater veſter miſeri-
cors eſt. Ad hanc autem benefa-
ciendi curā diſcipulis ſuis à Chri-
ſto impoſitā, illud grauiſſimū prę-
Deut. 9. ceptum pertinet: Si vnus de fra-
,, tribus tuis qui morātur intra por-
,, tas ciuitatis tuæ in terra quā Dn̄s
,, Deus tuus daturus eſt tibi, ad pau
,, pertatē deuenerit; non obdurabis
,, cor tuū; nec contrahes manū, ſed
,, aperies eam pauperi, & dabis mu-
,, tuum quo eū indigere perſpexe-
,, ris. Caue ne fortè ſubrepat tibi
,, impia cogitatio, & dicas in corde
,, tuo: Appropinquat ſeptimus an-
,, nus remiſſionis, & auertas oculos
,, tuos à fratre tuo, nolens ei quod
,, poſtulat mutuum cōmodare, ne
,, clamet cōtra te ad Dominum, &

fiat

fiat tibi in peccatū, ſed dabis ei: "
nec ages quicquā callidè in eius "
neceſſitatibus ſubleuandis, vt be- "
nedicat tibi Dominus Deus tuus "
in omni tempore, & in cunctis ad "
quæ manū miſeris. Non deerunt "
pauperes in terra habitationis tuę: "
iccirco ego pręcipio tibi vt aperias "
manum fratri tuo egeno & pau- "
peri qui tecum verſatur in terra. "
Hoc Dei præceptū tantis æquitatis rationibus illuſtre, tantis promiſſis cōmendatum, tantis minis aduerſus negligentes munitū ſibi ante oculos proponere & cogitare ſtudioſi diſcipuli Chriſti debēt, & iis rebus præſtare quibus per facultatē poſſint, atque illud rurſus cauere quod in eos qui in Deum diuites non ſunt, hoc eſt in ſæculi huius diuites à ſpiritu ſancto eſt pronuntiatū. Agite nunc diuites, Iacob. 5

,, plorate vlulãtes in miſeriis veſtris
,, quæ aduenient vobis. Diuitiæ ve-
,, ſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimẽta
,, veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurũ
,, & argentum veſtrũ æruginauit; &
,, ærugo eorum in teſtimoniũ vobis
,, erit, & mãducabit carnes veſtras
,, ſicut ignis : theſaurizaſtis vobis
,, iram in nouiſſimis diebus. Ecce
,, merces operariorũ qui meſſuerũt
,, regiones veſtras; quæ fraudata eſt
,, à vobis, clamat, & clamor eorũ in
,, aures Domini Sabaoth introiuit.
,, Epulati eſtis ſuper terrã, & in lu-
,, xuriis enutriſtis corda veſtra.
Luc. 6. Huic ſententię illa horrẽda Chri-
,, ſti cõminatio accedit: Vę vobis di-
,, uitibus, qui habetis cõſolationem
,, veſtrã: væ vobis qui ſaturati eſtis,
,, quia eſurietis: væ vobis qui ridetis
,, nũc, quia lugebitis & flebitis. An
,, ne illud non etiã valde metuen-
dum

dum horrendumq́ue exiſtimetur quod de diuitibus à magiſtro noſtro bis affirmatum; & aſſeueratione addita confirmatũ eſt? Amẽ Mat. 19.
dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorũ: & iterũ dico vobis: facilius eſt camelũ per foramẽ acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Hác difficultatem ex eo oriri ſpiritus ſanctus docet, quòd diuitiarum appetitio & cura homines fallat, atq; ab æquitatis & iuſtitiæ via perſæpe trãſuerſos agat. Nam diues qui fieri vult, & citò vult fieri: ſed quę reuerentia legũ? quis metus aut pudor eſt ſemper properantis auari? at verò ipſa facultas, profeſſio & copia, tam viros quàm fœminas à quieto, innocẽti & modeſto atque honeſto vitæ vſu ad luxum, vanitatẽ, pompam,

ad ſuperbiam & cōtentionem, ad aliasq; diuinorum præceptorum violationes, & ad ſimplicitatis Chriſtianæ deſpectionē transportat, & magna vitia laudabilibus etiam nominibus decorare ac defendere contēdit, tantū humanus appetitus ad peccandum ipſa rerum terrenarum cōmoditate & oportunitate abuti ſolet. id quod vehementer cauendū Apoſtolus
1Tim.6. admonebat: Nam qui volunt di-
» uites fieri, incidunt in tētationem
» & in laqueū diaboli & deſyderia
» multa, inutilia & nociua, quę mer
» gunt homines in interitū & per-
» ditionem. Radix enim omnium
» malorum, eſt cupiditas: quā qui-
» dam appetentes errauerūt à fide,
» & inſeruerunt ſe doloribus mul-
tis. Quamobrē, vt ab huiuſmodi fallaciis diuitiarum pij homines

caueant, ſpiritus ſanctus per prophetam monet. Diuitię ſi affluát, nolite cor apponere. Pſal.61. 66

Neq; verò aut ſegniùs aut obſcurius hæc ſacra præceptoris noſtri doctrina eos informat omnes qui ex mercatura aut artificio viuút, & ré ſibi comparare ſtudent. Hos enim Dñi timor & pœnitétię ſtudium, atq; fraterna dilectio neminem hominem fallere docet: neque merces aut artificia adulterare aut aliàs immutare, imminuere, augere, aut minus diligéter quàm ratio naturaque rerum poſtulat, curare permittit, neq; precia auarè mutare & augere, neq; ponderum & menſurarum iura fraudare patitur. quippe huius generis doloſa flagitia omnia diuinę iuſtitiæ, ſimplicitatis & rectitudinis contéptu arguere, iudicem-

Mercatorum & artificum officia.

q́ue illum omniũ communẽ & ſupremum vehemẽter offendere
Prou. 11 ſacra ſapientia teſtatur. Statera
„ doloſa abominatio eſt apud Deũ,
„ & pondus æquum voluntas eius:
Prou. 20 & iterum. Pondus & põdus, men-
„ ſura & menſura, vtrumq; abomi-
„ nabile eſt apud Deum: neq; mi-
„ nus abominabilis eſt illa conſue-
„ tudo rerum æſtimationibus ini-
„ quis, periuris & compoſitis verbis
„ fratres circumueniẽdi & fallẽdi,
Amos 8 ſicut ſcriptũ eſt. Audite hæc, qui
„ conteritis pauperem, & deficere
„ facitis egenos terræ, dicẽtes: Quã-
„ do tranſibit meſſis, & venũdabi-
„ mus merces; & ſabbathũ, & ape-
„ riemus frumentum, vt imminua-
„ mus menſurã & augeamus ſiclũ,
„ & ſupponamus ſtateras doloſas,
„ vt poſſideamus in argẽto egenos
„ & pauperes pro calciamentis, &
quiſ-

quiſquilias frumenti vendamus? "
Iurauit Dominus in ſuperbia Iacob ſi oblitus fuero vſq; ad finem "
omnia opera eorum. Nũquid ſuper iſto non cõmouebitur terra, "
& lugebit omnis habitator eius? "
Huiuſmodi Dei offenſionem atq; minas quicunque timebũt & verebuntur diſcipuli Chriſti, quamcunque exercuerint artẽ, ſumma diligentia, fidelitate & ſedulitate expediẽt, modeſtiſſimosq; ſeſe & æquiſſimos tum in opere tum in operis mercede & merciũ precio fratribus ſuis præbebũt, charitati magis & aliorum cõmodis quàm auaritiæ ſtudentes, turpeq; lucrũ omne cane & angue peius deteſtati, atq; ſuis artibus & partibus contenti, ſuperbiá vitæ tãquam à ſui muneris ſimplicitate alieniſſimam reiicient & contemnent.

Iam verò vt à publica hominũ conſuetudine & ſocietate, ad priuatas & familiares neceſſitudines deducti, Chriſtianorum domos ſubeamus, cuiuſmodi ſingulorũ in familia partes eſſe oporteat animaduertẽdum eſt; & quemadmodum hæ à Chriſtianis Deo teſte & ſpectatore peragantur, eſt obſeruandum.

Fœminarum officiũ. Apud Chriſtianas fœminas, quibus breuis hæc & communis diſciplina conſtiterit, nulla ſuperbiæ, arrogãtiæ, iactantiæ, inuidiæ, faſtus, detractionis & maledicentiæ, nulla delitiarũ, voluptatũ, impudicæ, libidinoſæ, aut otioſę, curioſæq; cõſuetudinis cura, nullum iræ, odij, diſcordiæ & maleuolentiæ exemplũ notabitur: imò cõtrà potius magnum honeſtatis, modeſtiæ, pacis, veritatis, charitatis, mia [illegible] & ſim-

& ſimplicitatis ſtudiũ: magnum fidei & obedientiæ erga viros cõſortesq; ſuos teſtimoniũ cõſtabit. Quippe omnia hæc virtutis veræ ornamenta & certiſſima argumẽta, Dei timor, pœnitentiæ exercitatio, & ſancta illa ac fraterna dilectio in Chriſtianis fœminis conſtituunt & firmant: quibus certa & ſancta præcepta à ſpiritu diuino propoſita ſunt cũ ſignificatione apertiſſima conſilij, volũtatiſque Dei, & notiſſimæ illius indignationis aduerſus eas quę officiũ ſuum prętermiſerint vel neglexerint. Mulieres viris ſuis ſubditæ Ephes.5
ſint, ſicut Domino: quoniam vir "
caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus "
caput eſt Eccleſiæ: ipſe ſaluator "
corporis eius: ſed ſicut eccleſia "
ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulie- "
res viris ſuis in omnibus. Huiuſ- "

modi fœminas, quæ pietatem ex animo ſincerè colunt, cultus nō is eſſe debet quē exquiſita materiæ & artis, atq; ſumptuoſa luxuries, atque adeò inhoneſta parumq́ue grauis forma ſpectabilem reddat, ſed quem virtus ipſa & paret & ad Dei laudem, probitatisq́; teſtimonium commendet, ſolamq́ue Dei & virorū propriorum gratiá ſpectet. Is enim maximus, gratiſſimus, probatiſſimus, ac perpetuus mundus muliebris erit, qui animum ornet, amabilemq́; Deo atq; viro proprio, cæteris verò venerabilē fœminā præbeat: quippe hunc piis fœminis diuinus ſpiritus Chriſtiana muliere dignū cōſtituit & præſcribit. Conſiderātes

1 Pet. 3.

„ in timore caſtam cōuerſationem
„ veſtram, quarum non ſit extrinſe-
„ cus capillatura aut circundatio
auri,

auri, aut indumenti, veſtimento- "
rum cultus: ſed qui abſcōditus eſt "
cordis homo in incorruptibilita- "
te, quieti & modeſti ſpiritus, qui "
eſt in conſpectu Dei locuples. Sic "
enim aliquando & ſanctæ mulie- "
res ſperantes in Deo ornabant ſe "
ſubiectæ propriis viris. Has verò
quanquam proprij officij rationē
nec ignorare neq; negligere Deus
vult: non tamen aut garrulas, aut
diſputatrices, aut ſapientiam &
ſcientiam ſibi arrogantes, neque
etiam auidas pluriū magiſtrorū,
aut variæ doctrinæ appetentes
probat, ſed veræ pietatis, atq; can-
didæ ſimplicitatis cognitione cō-
tentas, exercitatione ipſa occupa-
tas eſſe iubet. Mulieres in eccle- 1 Cor. 14
ſiis taceant, nō enim permittitur "
eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & "
lex dicit. Si quid autem volunt "
diſce-

diſcere, domi viros ſuos interro-
1.Tim.2. gent: & iterum alio loco, Mulier
„ in ſilentio diſcat cũ omni ſubie-
„ ctione: docere autem mulieri non
„ permitto, neq; dominari in virũ,
„ ſed eſſe in ſilentio. Adã enim pri-
„ mus formatus eſt, deinde Eua: &
„ Adam non eſt ſeductus, mulier
„ autem ſeducta in præuaricatione
„ fuit. Saluabitur autẽ per filiorum
„ generationem, ſi permanſerint in
„ fide & dilectione & ſanctificatio-
„ ne cum ſobrietate.

Coniugũ officia. Eadem etiã doctrinæ & diſci-
plinæ ratio tribus illis capitibus
comprehenſa, timoris Domini,
pœnitẽtiæ, atq; dilectionis frater-
næ Chriſtianos viros in officio at-
que matrimonij caſti fide conti-
net, vbi rectè ac legitimè cognita
ſuſceptaq́; fuerit, vxorũ præterea
ſuarum amantes, atque adeò tan-
quam

quam ſui ipſorũ curatores & ſtudioſos eſſe iubet: atque id potiſſimum in matrimonio excolendo negotium agendũ ſuadet, vt vxoris æternę ſaluti cõſulatur & proſpiciatur tum monitis ad eã rem frequentandis, tum moribus propriis perpetuò vxori probandis, atq; ſi opus fuerit quibuſuis diſcriminibus rerũ damnis & vitæ etiã periculis ea cauſa ſubeũdis: cuius ad ſummam redactæ ſentẽtiæ illud à Spiritu ſancto traditũ præceptũ eſt. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundãs eam lauacro aquę in verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã, nõ habentẽ maculã aut rugã, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri Epheſ. 5.

debent

,, debēt diligere vxores ſuas vt cor-
,, pora ſua. Qui ſuam vxorē diligit,
,, ſe ipſum diligit. Nemo enim vn-
,, quam carnē ſuam odio habet, ſed
,, nutrit & fouet eam, ſicut & Chri
,, ſtus eccleſiā; quia membra ſumus
,, corporis eius, de carne eius, & de
,, oſſibus eius. Propter hoc relin-
,, quet homo patrē & matrē ſuam;
,, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt
,, duo in carne vna. Sacramentum
,, hoc magnū eſt. Ego autem dico
,, in Chriſto & eccleſia. Verūtamen
,, & vos ſinguli vnuſquiſq; vxorem
,, ſuam ſicut ſeipſum diligat. Qui
verò ita diligit vxorem ſuam, ab
omni alieno amore impudicoque
continet, atque ab adulteriis quæ
impuriſſimè aliàs per viros cōiu-
gio infidos excitari & committi
ſolent, prorſus abſtinet.

Domeſtica diſciplina. Ex iiſdem verò timoris diuini,
poeni-

pœnitentiæ & dilectionis fraternæ fundamentis, quibusq; conſtruuntur domus ac familiæ Deo probatiſſimæ ſunt, filiorum etiam educatio exiſtit. virtutum omniũ ac pietatis veræ inſtitutis & exemplis domeſticis cõſtructa, quæ filios ac ſeruos, familiamq́ue omnem in Chriſtiano officio exercet & cõtinet, patres atque dominos timere ac reuereri ſanctè pureq; docet, atque auctoritatem patris familiæ Dei legibus ſtabilitã confirmat. Quamobrem vtrorumq;, videlicet tam patrum familiarũ, quàm filiorum & ſeruorum, cura ſtudiumq́ue fuerit, vt ſuas ſinguli partes, hi præcipiendo, hi obtemperando, atque alij alios iuuando diligenter expediant, omnesq́ue in vniuerſum cõmunibus commodis ad pietatis cultum animo-

rumq́ue ſalutem conſulant. Ita enim familiæ à Spiritu ſancto ſuũ
Eph.6. officium cognoſcere& curare iu-
„ bentur. Filij, obedite parentibus
„ veſtris in Domino; hoc enim iu-
„ ſtum eſt. Honora patrem tuum
„ & matrem tuam, quod eſt man-
„ datum primum in promiſſione,
„ vt bene ſit tibi,& ſis longæuus ſu-
„ per terram. Et vos patres, nolite
„ ad iracundiam prouocare filios
„ veſtros, ſed educate illos in diſci-
„ plina & correptione Domini. Ser-
„ ui, obedite dominis carnalibus cũ
„ timore & tremore in ſimplicitate
„ cordis veſtri ſicut Chriſto, nõ ad
„ oculum ſeruientes, quaſi homini-
„ bus placentes, ſed vt ſerui Chri-
„ ſti, facientes voluntatem Dei ex
„ animo cum bona voluntate ſer-
„ uientes ſicut Domino & non ho-
„ minibus. Sciẽtes quoniam vnuſ-
quiſ-

quiſque quodcunque fecerit bo- "
num, hoc recipiet à Domino, ſiue "
ſeruus, ſiue liber. Et vos domini "
eadem facite illis, remittétes mi- "
nas, ſciétes quia & illorum & ve- "
ſter Dominus eſt in cælis, & per- "
ſonarum acceptio non eſt apud "
eum.

Neque verò Chriſtianæ diſciplinæ & veritatis eſt, vt filij, quos diuino timore imbutos pietatis cognitione & exercitatione inſtitui nutririque à parentibus oportet, peruerſæ atque corruptæ doctrinæ elementis inſtituantur, atque lata via ad perditionem tendente ducantur nutriti ab infantia in pompa, faſtu, luxu, mundanisq; delitiis, impudicis voluptatibus dediti, luſus, cantusq; & ſonos edocti turpiſſimos: factionũ, inimicitiarum & diſſenſionũ pa-

ternarum ſtudia iam inde à primis annis cognoſcētes & promouentes: ex quibus rebus euenit, vt Chriſtianorum liberi, qui religionis, honeſtatis, reuerentiæ atque pietatis in Deum & parētes ſanctiſſima & omni orbi expoſitiſſima exempla eſſe deberent, ipſa inhoneſtas, impudicitia, irreuerētia, atque aduerſus Deum & proprios parentes ipſa impietas eſſe deprehendantur. Serui etiam & familiares propter frequētiſſima publicæ ac priuatæ improbitatis in ciuitatibus & familiis exempla, propter eorum negligentiam qui vindicare vlciſciq́ue legitimè deberent, infidelitatis, inobediētiæ, latrociniorum, furtorū, ſpoliationumq́ue, & domeſticorum opprobriorum vaſa capaciſſima ſint, adeò vt omnia ferè familia-

ria

ria officia , aliàs pura ac legitima atque turbata corruptáque arguantur. Huiuſmodi verò proditiones ac peruerſitates ibi naſci manifeſtum eſt, vbi Chriſtiani populi veram, ſimplicem, puram & ſeueram euangelij diſciplinã non docentur: vel ſi docentur, propter corruptam & inueteratã peccandi conſuetudinem, vel omnino negligunt & contemnunt, vel ſi maximè laudant & probant, non tamen ita neceſſariam exiſtimãt, vt cæteris omnibus quæ cum ipſa pugnant, rebus anteponãt, atque verbum Dei ab agricola rectè ſeminatum, tanquam viæ vel petrę vel ſenticoſa & ſpinoſa loca excipiunt. Metui autem atque caueri maximè oportuerit ne in nos illa Domini querela pronunciata videatur. Stupor & mirabilia facta Ierem. 5.

» ſunt in terra; Prophetę propheta-
» bant mendacium , & ſacerdotes
» plaudebant manibus: & populus
» meus dilexit talia, quid igitur fiet
» in nouiſſimo eius?

Porrò denique quicunque ex peccatorum numero diuino timore inductus , iram atque indignationem diuinam in ſe excitatam, atque grauiſſimum & ſeueriſſimum mortis iudicium, quod ipſe ſibi molitur , attentè cogitauerit, rurſus verò gratiam, miſericordiam , cæleſtemq́ue benedictionem ſibi , dum modò his tribus ornamentis coli & nitere cura ſtudiumq́ue fuerit, paratam ac promptam animo menteq́ue expẽderit , niſi idem pluſquam impius, niſi reprobo omnino ſit ſenſu præditus ; nihil dubiũ eſt quin toto corde deliberatoq́ue cõſilio

à vitiis

à vitiis ad virtutem, à corruptione ad integritatem, ab inſania ad ſanitatem, denique à diaboli ſeruitute conuertatur ad clementiſſimum illum Dominum, qui ſeriam & ſtudioſam peccatorum pœnitentiam adeò probat, vt iuramento addito ſibi hanc optari confirmet magna voluntate & cupiditate promiſſa ſua præſtandi & beneficia ſua exhibendi iis qui ſperant in miſericordia eius & conuertuntur ad cor. Per me-"
metipſum iuraui, inquit, nolo "
mortem morientis, ſed magis vt "
conuertatur à via ſua mala & vi-"
uat. Qui habet aures audiendi "
audiat, atque ad pœnitentiam re-"
deat, ſi clementiam ab altiſſimo "
obtinere cupit: qui ſanat contri-"
tos corde, & alligat contritiones "
eorum: cuius gratia, voluntate at-

que munere Chriſtianum dictatum hoc ad condiſcipulorum inſtructionem exceptum conſcribebamus : cuius meditationem & exercitationem idoneam fore exiſtimamus & oportunam ducimus, neceſſariamque credimus ad gratiam & ſalutẽ obtinendam ex benignitate Dei, cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Non fuit nobis cura hanc inſtructionem Chriſtianam vel abundanti orationis flumine amplificandi vel exquiſito, ac vario verborum & ornamentorum genere excolendi, contentis communem ſalutis ac pietatis doctrinam neque longo nimis, neque etiam obſcuro atque difficili ſermone explicare, quam omnibus Chriſtianorum ingeniis ad cognoſcen-

gnoſcendum atque adeò ad tenendum habilem parare & exhibere exoptauimus, cupiẽtes magis res ipſas docere & exponere, quàm verba componere & expolire. Huius autem dictati ſumma ſi ſubducatur, illa fuerit: Maxima & altiſſima dona, eademq; ſpiritualia ac diuina cunctis hominibus qui credere & accipere voluerint, eſſe promiſſa cum in hac vita, tum maximè in futura obtinenda, quorũ arcana admirabiliſque ratio iam acta, tractata atque expedita fuerit Ieſu Chriſti filij illius mortis atque reſurrectionis virtute & efficientia: eadem verò omnibus parari in promptuq; eſſe quicunque ipſius timore ſancto imbuti & acti, legi ac præceptis obtemperauerint immaculatis & ſacris, atque in fraterna dilectione

exercẽda ſtudium operamq́; debitam poſuerint. Siquidem ſui timorem, obedientiam, cultũ, atque ſeruitutem Deus vult & poſtulat, atq; his conditionibus promiſſa ſua edidit, quibus ex propria gratia & benignitate ſeipſum obligauit. Atq; hoc eſt quod vnumquemq; Chriſtianum, ſiue ſummo ſiue infimo conſtitutum loco, ſiue doctum ſiue indoctum & ſcire & præſtare oportet.

Cætera verò quæ quæri, cognoſci, & ſciri poterãt ad priuatas ſingulorum vel ordinum vel hominum rationes pertinentia, in quibus falli, labi & errari aliquando accidit, eum non omniũ iudicare aut præſtare interſit, cõſulto prætermiſimus, illud ſingulos atque vniuerſos hortati, vt his tribus capitibus diligenter conſideratis atque


que obſeruatis eum locũ ſinguli tueantur, quem pro tẽpore, ętate, vel electione, vel iure fuerint ſortiti, non declinantes ad dexteram vel ſiniſtram harum trium rationum; quibus diligenter obtentis, reliqua etiam quæ oportuna fuerint vnicuique Deus ſecundum gradum ordinemq́ue propriũ cognoſcenda curandaq́ue ſuggeret. Quòd ſi quid interim accidat aut extet quod decorum minusq́ue quàm par erat probãdum in aliis ſpectetur, ea non cuiuſuis fuerit vel iudicare vel damnare vel mutare in aliorum muneribus & officiis, ſed eam curam legitimis miniſtris & magiſtratibus propriis relinquere atque vineæ Dominum rogare vt operarios idoneos in vineam ſuam mittat, & meſſem ipſe ſuam foueat, protegat,

gat,& promoueat. Miſerebitur enim dubio procul Deus hæreditati ſuæ, atque illius proſperitati & fœlicitati cõſulet, idque apprime probabit, vt nemo propter alterius cuiuſpiam aut errati aut peccati exemplum à publica ſocietate & concordia Catholicęq; Eccleſiæ Romanæ communione & obedientia diſcedat; ſed vnuſquiſque non quid alius agat, ſed quid ipſe agere præſtareq́; debet, diligenter attendat, ſummoq́ue ſtudio obſeruet.

Antuerpiæ Nonis Octob. 1574.

FINIS.

VOLVMEN hoc cui titulus eſt DICTATVM CHRISTIANVM. Benedictus Arias Montanus, doctiſſimis & æquiſſimis in Catholica Romana Eccleſia cenſoribus examinandum, & legitimè, ſincere ac ſeuerè iudicandum committebat. Antuerpiæ 15. Calend. Nouemb. 1574.

B. Arias Montanus. 

LOVANIENSIVM CENSORVM TESTIMONIVM.

Hunc libellum per nos admiſſum Calendis Nouembribus, 1574. teſtamur.

Auguſtinus Hunæus.

Cornelius Reyneri Goudanus.

I. Molanus, cenſor librorum.

ANTVERPIENSIVM CENSORVM IVDICIVM.

Dictatum hoc Chriſtianum multas piiſſimas habet cõtemplationes & exercitia, quæ in commodum multorum non ſine magno fructu typis excudentur.

Sebaſtianus Baer Delphius inſig. Cath. Eccleſiæ S. Mariæ Hantuerpienſis Plebanus & Canonicus.

Et nos eundem librum probamus.

Franc. Sonnius Epiſcopus Antuerpienſis.

ANTVERPIÆ EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS, ANNO DOMINI M. D. LXXV.

i 193522248

86

168

205